

Nga. 10.

10

3

DISPUTATIONUM ACADEMICARUM,
P R I O R,

D.

PRECIBUS JU- DÆORUM ALENU LESCHAB- BEACH, ET VELAMMALSCHINIM,

Quarum haec, Jussu

SERENISS. AC POTENTISS. REGIS PRUSSIÆ,
EIS INTERDICTÆ, IN ILLIS VERBA BLASPHEMA, RE-
DEMPTOREM NOSTRUM CONCERNENTIA, OMITTENDA,

Quam,

DIVINA FAVENTE GRATIA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO atq. EXCELSISSIMO PRINCIPÆ ac DOMINO,

DOMINO FRIDERICO WILHELMO,

REGNI PRUSSIÆ AC ELECTORATUS
BRANDENBURGICI HÆREDE. &c. &c. &c.

CONSENSU SUPERIORUM

IN ILLUSTRI ALBERTINA,

publicè tuebitur,

CHRISTIANUS WALTHER

S. Theol. D. & Profess. Ordinari.

RESPONDENTE

JOHANNE LUDOVICO BOYE,

Reg. Pruss.

IN AUDITORIO MAJORI.

Ad diem Augusti ANNO M DCC IV.

REGIOMONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, SAC. R. MAJ. & ACADEM.

Typograph. Heredum.



AUGUSTISSIMO,
SERENISSIMO ATQ^E POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
F R I D E R I C O ,
REGI IN BORUSSIA,
MARCHIONIBRANDENBURGICO,
S. R. I. ARCHI-CAMERARIO ET
PRINCIPI ELECTORI,
SUPREMO ARAUSIONUM PRINCIPI, MAGDEBUR-
GI, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, STETTINI, POMERANO-
RUM, CASSUBIORUM, VANDALORUM,
ITEM IN SILESIA CROSNAE
DUCI,
BURGGRABIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ ET CAMINI,
COMITI IN HOHENZOLLERN, MARCÆ, ET RAVENSBER-
GÆ, LINGÆ, MEURSIÆ, BUHRÆ ET LEHRDAMI, MAR-
CHIONI VERIARUM ET VLissingæ,
DOMINO IN RAVENSTEIN, NEC NON TERRARUM LAUENBURG
ET BUTAII, ARLAYÆ AC BREDÆ,
&c. &c. &c.

REGI GLORIOSISSIMO, FELICISSIMO,
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

Disputationem hanc, cum calidissimo omnis Pro-
speritatis Regiae voto,

humillimâ manu offert,
Subiectissimus & humillimus servus,
JOHANNES LUDOVICUS BOYE.

בשׁוּבָה:

§. 1.

Nsam de precibus Judeorum **עַלְתִּי לְשֻׁבָּה** **Alenu**
Leschabbeach, & **וּמְלֶשֶׁנִּוְתָּחֵן** **Velammalschinim**, dis-
serendi, nobis dedit SEREN. AC POTENTISS.

PRUSSIÆ REX, DN. FRIDERICUS,
DOMINUS AC NUTRITIUS NOSTER LONGE CLE-
MENTISSIMUS, cuius jussu in illis, verba blasphema, quibus
Salvatorem nostrum clam ac facite pungunt, omittenda; hæ
verò simpliciter illis interdictæ. Mandatum *Augusti* nostri
typis excusum hujus est tenoris: Weil aber dabey die Ehre Un-
seres Gottes/ Herrn und Heylandes Christi Jesu/ verthägtiget/
erhoben / und vor allem Volk erkannt werden muß / und zum
Preiß der Majestät unsers Gottes/ weit sicherer seyn will/ das-
jenige/ so verdächtig ist/ und als Gottes. lästerlich angegeben
worden / schlechterdings abzuschaffen / als mit Gefahr über das
ganze Land / und alle seine Einwohner/ länger hin zu dulden ;
So wollen/ sehen und ordnen Wir hiermit/ und in Kraft dies-
ses/ daß von nun an/ bis zu ewigen Zeiten/ kein Jude/ Mann
oder Weib/ Jung oder Alt/ in Unsern Landen/ bey Verlust dar-
aus alsofort gejaget zu werden / weder in der Schule/ noch in
seinem Hause die oben angeführte Worte des Gebetts **עַלְתִּי**
לְשֻׁבָּה: **שְׁם כֹּרֹעַס וּמְתַהֲלָט לְאָיוֹשֵׁעַ**

Alenu leschabbeach: schehem coreim umistachavim lehevel varik,
umitpallelim le lojoschia, brauchen/ beheten und aussprechen/ da-
bey ausspücken und hinweg springen/ auch den Kindern nicht
beybringen solle: Und damit man dessen so viel mehr versichert
sey/ so soll hinführo das Gebet **עַלְתִּי** **Alenu**, welches sonst von
jedem in der Stille in der Schule gebetet worden/ von einem
aus der Gemeine laut und deutlich gesprochen / und von den
übrigen nachgebetet werden/ darzu Wir gewisse Aufseher ver-
ordnen wollen/ die deshalb die Jüden-Schulen öfters besuchen

A

wer-

2

werden: *rc. rc.* In alio ad S. R. Majestatis Supremos in Regimine Prussico Consiliarios Rescripto, Coloniæ ad Suevum die 23. Febr. A. curr. dato, sequentia deprehendimus: Nachdem auch die Jüden noch in einem anderen täglichen Gebete/ so sich ~~Vel ammalschinim~~ anfänget/ die Christen verkehren/ so habt ihr ihnen sothanes Gebet / und daß sie sich dessen gleichfalls/ bey Vermeydung unausbleiblicher harten Bestrafung/ enthalten sollen/ zu untersagen: Hæc cum ita se habeant, ad duo nobis in hac Dissertatione respiciendum. (1.) An verba paulò ante adducta: *Se hehem cōrēim umiſtachavim, &c.* Redemptorem nostrum Jesum Christum respiciant? (2) An heretici, contra quos orant, sint Christiani, & ~~מלכיה ורין~~ *regnū superbum*, quod citò in diebus suis deleri, confringi ac funditus eradicari volunt, Imperium Romanum? Nos, ut, de his magni momenti controversiis, quid judicandum sit, appareat, utramq; precationem, adjectâ versione latina, adducemus, nostramque, salvò aliorum judicio, mentem brevibus aperiemus.

§. II. Formula primæ Evlogiæ ex libro precum, qui cum prolixo Comment. Anno Christi 1677. Amstel. prodiit, fol.

עלינו לשבח לארון הכל להת גורלה לישראל בראשי שלא עשו כנוי הארצות ולא שמו כבשגורות

הארמה שלא שם חלקנו כהן ונורלו ככל המיניכ:

ונענחו כדרעים ומשתוחים ומורדים לפני מלך מלכי ~~הבריות~~
הבריות שבחו נטה שמים ווסד ארץ ומושב יקו בשמייט
ממעל ושכיניהם עוז בוגבוח מרים: חוה אלחינו אין עוד
אברהם מלכינו אפס זולתו ככתוב כתותיו ורעות היושב
וחשבות אל לבך כי ה הוא אלהותם בשמים ממעל ועל
הארץ מתחז אין עוד: על כן נקוח לך ה אלהינו לראותך
מחירה בתפארת עוז להעיר גיגולים מן הארץ והאלילים
כירות וכתרון לתוך עולם במלכות שרו וכל בני ברך יקרואו
בשם להפנורם אליך כל רשות הארץ כיורו וודע כל יושבי
הבל כי לך תכrown כל ברוך תשבע כל לשון לפניו ה אלהינו
ירשע

וְכָשׁוּ וְפֹלוּ וְלִכְבֹּר שָׁמֶךָ יָקֵר וַחֲנוּ וְיִכְבֹּלּוּ כָּלָם אַרְצָה עַל
מִלְכֹוֹתָךְ וְתִמְלֹךְ עַלְוָתָם לְעוֹלָם וְעַד : כִּי הַמִּלְכָוֹת שְׁלֵךְ הִיא
וְלִשְׁלָמָי עַד תְּמִלְךָ בְּכָבוֹר כְּכָתוֹב בְּתוֹרָתָךְ הַיְמָלֵךְ לְעוֹלָם
וְעַד : *Nostrum est laudare Dominum omnium, dare magnificen-
tiam ei, qui formavit opera creationis. Quod nos, sicut gentes
terrarum, non fecerit; neq; nos, sicut familias terre, condiderit;
neq; nostram portionem posuerit, sicut portionem illarum; neq;
sortem nostram, sicut omnem tumultum vel fremitum earum.* ○

*Nos vero prosterimus nos, & adoramus, & confitemur coram
Rege, qui Rex est Regum, Sancto illi Benedicto, qui extendit celos,
terramq; fundavit, & thronus glorie ejus est in caelis desuper, &
majestas roboris ejus inhabitat excelsa excelsorum. Ipse est Deus
noster, non aliis; verè Rex noster, præter eum nullus, prout scri-
pitum in lege ejus: quare agnoscetis hodie, & reduces ad conuum,
quod Dominus ipse sit Deus in celo superius, & super terra inferius,
nec amplius quisquam, Deut. IV, 39. Propterea in te, Domine Deus
noster, speramus, ut citò gloriam roboris tui videamus; dii sterco-
rei de terra tollantur, & idola funditus exscindantur, mundus ad
regnum Omnipotentis se disponat, omnes homines nomen tuum
invocent, omnesq; impii terre ad te convertantur. Tunc
omnes incole orbis cognoscent & animadventent, quod tibi se in-
curvaturum sit omne genu, & juratura omnis lingua. Coram te,
Domine Deus noster, genua flectent & procumbent, & glorioso tuo
nomini magnificentiam dabunt, jugumq; regni tui omnes in se su-
scipient, & regnabis super eos in secula seculorum: quia tuum est
regnum, & in eternum cum gloria regnabis, sicut scriptum est in
lege tua: Dominus regnabit in seculum, & aeternitatem, Exod.
XV. 18.*

§. III. Locus vacuuus in contextu circellō notatus, indi-
cat hic inferenda ac legenda etiē verba:
שם כורעַת ומשתחוּ להבל וריך ומתפללים ללא יוישׁוּ:
verborum hic est sensus: *Illi incurvant se, & adorant vanitatem*

⁴ & inanitatem, & invocant eum, qui non salvabit, vel salvare non potest. Hæc in multis ac fere omnibus, intra centum & quinquaginta annos, excusis Exemplaribus à Judæis, vel de industria, propter metum Christianorum, ne eorum incurserent odium, gravesque penas aut exilium undiq; experientur; vel Magistratus Christiani iussu, quod imprimis in Italia factum, ubi maxima pars librorum Judaicorum est excusa, quod in Christum blasphemæ & injuria esse existimarent, omituntur; circellum nihilominus, relicto dimidiae lineæ spatiæ, interponunt; quò à pueris ac rudioribus doctiores interrogentur, quid ibi desit, illique commodam verba deficiencia illis prælegendi ac inculcandi nanciscantur occasionem. Dantur libri, in quibus, è regione defectus, in margine librorum, verba expuncta in gratiam juniorum & plebis, annotata leguntur. Ea in antiquissimis quondam libellis precum verè extitis, hic tanquam certum ac indubitatum præsupponimus, ac, ut opinamur, nemo nobis hæc de re litem movebit, dummodò æquâ animi lance perpenderit, id non solum eruditissimos fideq; dignos Christianorum Philologos, talium codicum dominos ac inspectores aperte testari, cuiusmodi Exemplar Buxtorfius habuit, Augustæ Vindel. à Judæo typographo, cui Chajim nomen fuit, Anno 1534. excusum, videatur ejus Syn. Jud. Cap. X. fol. m. 217. verū etiam ipsos Judæos ambabus nobis largiri manibus, ut R. Lipmannum in suo Nizzachon, R. Salomonem Zevi in sua theriaca Judaica, aliosque non paucos, quorum testimonia mox infra commodiori adducentur loco. Negare interim non possumus, in priori hujus Evlogiæ parte (id est, à verbis וְיַעֲשֶׂה usque ad illa: Propterea in tēsperamus, exclusivè: codices variare, inque illis modò hanc modò illam deprehendi lectiōnem. Wagenseilius in Confut. Carminis R. Lipmann. fol. m. 2.8. scribit: Se quatuor habere editiones precum Judaicarum, sed null-

nullam harum cum altera, circa istam formulam, ad amissim
ferè convenire. Addit verba: וְרִיק שָׁם מְשֻׁתּוֹתִים לְהַבֵּל וְרִיק שָׁם מְשֻׁתּוֹתִים לְלָא וְשִׁיעָן: וְמַתְבָּלִים שָׁם מְשֻׁתּוֹתִים לְלָא וְשִׁיעָן: qua absunt à ceteris codicibus, in magna suâ Pragensi editione paulò minoribus literis esse excusa; atque pro ciboro et cibis in aliis tribus editionibus, quarum una in Belgio, altera in Italia, tertia in Germania prodiit, constanter legi וְרִיק Mox ex MS. Codice עַל נָנוֹן עַז הַחוּיוֹם satis prolixam Orationis adducit formulam, ex qua sequentia ad scopum nostrum facientia apponimus:

שם מְשֻׁתּוֹתִים לְהַבֵּל וְרִיק אֶתְסָמֵךְ דָם מְרַחֵל בְּשָׂרֶב בְּשָׂתָה סְרוּחָה רְמָחָה טְמָאִים וְטְמָאִים מְנָאָפִים וְמְנָאָפִים מְתִים בְּפִשְׁעָם וְגִמְקִים בְּעָנָם בְּלֹוי עֲפָר וְרָקוּבָי רְמָחָה וְתוֹלָעָתָה וְמוֹתְבָלִים אֶל אל לא וְשִׁיעָן חְמָה וְלְבָנָה כּוֹכְבִים וְמוֹלָותָה וְכֵל אַבָּא הַשְׁמִינִית:

Ipsi enim incurvant se coram vanitate & inaniis, coram homine, quem cinerem, sanguinem & fel merum esse, vel ipsum nomen arguit. Coram carne, cuius nomen & res ipsa, pudorem, putorem & vermes arguunt. Incurvant se coram Numinibus atriusq; sexus, impuris, adulteris, que in peccatis suis perierunt, & in sceleribus suis fucre extincta; que consumptio, pulvis, putredo, vermes & insecta manserunt. Adorant Deum qui juvare non potest, soltem, lunam, sidera, planetas, omnemq; exercitum celorum. Ea, que in hac formula occurruunt, & alias in codicibus MS. & excusis non deprehenduntur, explicationem & paraphrasin continent verborum: Incurvant se, & adorant vanitatem & inanitatem, & invocant eum, qui salvare non potest; nec ad autorem Eatalogiae, sed ad alium, qui ea de suo addidit ac in textum inseruit, sunt referenda. Codex MS. pervetus Biblioth. Norimb. apud Wülfen in Animad. ad theriacam Judaic. in Cap. V. §. IV. fol. m. 309. ita inter alia legit:

שם מְשֻׁתּוֹתִים לְהַבֵּל וְרִיק וְמַתְבָּלִים לְלָא וְשִׁיעָן אֶחָנוּ כּוֹרְשָׁבָת וְמְשֻׁתּוֹתִים כְּסָא כְּבָרוֹ בְּשָׁמָם: Duo autem codices Pyrbaumenses, pergit Wülfen. l. cit. cum tertio, nec co ignobili, quem do-

etissimus R. Johuda Wezler, quō cum notitia mibi quoque intercedit, usibus nostris liberaliter concebat, pro וְהַתָּר in diversis locis legunt תְּתָר ; & pro וְרוֹקֵט toties, ac dein וְאַנְן ; מוחפלim אל אל רַאֲתָן וְשִׁעַת post כְּסָא כְּבָנוֹת מְשֻׁתָּחוֹת addunt ; & pro וְמוֹרֵתֶת וְמַשְׁחִיתֶת post עַזְרָן legunt, אחר, & que sunt ejus generis alia leviora. Monemus in Codice MS. Norimberg, ut & Exemplari, quō Buxtorfias est usus, nimis vitiōsē pro וְרוֹקֵט inveniri, quod sine dubio librariorum & typothetarum incuria atque vitiō contigit, cæteri enim codices tūm MS. tūm excusi constanter habent וְרוֹקֵט. Quod non ineptè ex ipso codice MS. Norimberg. colligitur, ubi pro כְּכָתוֹב male sine sensu legitur כְּכָתוֹב בְּתֹרוֹת ; In Buxtorfii Synagoga Judaica Cap. X. fol. m. 217. verba sic sonant : שְׂהָתְּ קְרוּעִים וְמְשֻׁתָּחוֹת לְחַבֵּל וְלוֹרֵק ; שְׂהָתְּ קְרוּעִים וְמְשֻׁתָּחוֹת אל אל לא וְשִׁיעַת ; qua ita transtulit : qui prosterunt se, & adorant vanitatem & inanitatem, & Deo supplicant, qui servare non potest. Hic pro legendum ceu res ipsa loquitur, quippe קְרֻעַ lacerare est, non se prostertere.

§. IV. Sed quid tandem sibi volunt verba : Illi incurvant se, & adorant vanitatem & inanitatem, & invocant eum qui salvare non potest ? Ista aliiquid monstri alere, & per ea dulcissimi nostri Redemptoris nomen gloriosum multū laedi, diu ante nos existimarent Viri doctissimi iisque celeberrimi, vanas omnes Judæorum esse tergiversationes opinati, nec forsitan si dicendum quod res, imminerit. Initio certum est, quod Judæi Christum nudum clamitent esse hominem, qui tertia die à mortuis non resurrexit, sed in sepulchro mansit; se ipsum in extremā mortis horā servare, ac ex mortuis suscitare non valuit. R. Lipmann in Carmine Memoriali apud Wagenseil: in libro de telis signeis satanæ fol. m. CXI. in princ. התלה והנקבר ונשנה מראותו : הוֹכֵט לְחַצֵּל רַכְבָּן Num שלא נִזְלָל בְּוֹסְפָּתָו ; וְעַק לְמֹתָה שָׁבְתָו ; suspen-

7

suspensus aliquis, sepultus inque cadaver mutatus, rem ultam liberare posset? Num id praestaret, qui ipsem in die mortis sue liberationem nullam invenit, clamitans, Deus mi, Deus mi, quare dereliquisti me? Et pag. 109. Cum autem postea hic ab illo sejungeretur, atque vehementissimos in corpore experiretur dolores, וַיָּקֹרֶל אֶת יוֹמָו וְאֶת לְבָנָו וְיָקֹרֶל וְיָקֹרֶל et execratur ipse diem nativitatis sue, amarè quiritans: ve Filio! Ve item Patri, Nizzachon Vetus quod exhibit Wagenseilius librò citatò, fol. m. 155. Quod si Deus non est, sed reliquorum humanorum corporum instar se habet, nisi quod spiritus Patris ejus illi fuit inditus, ut in terram veniret, atque animas ex gehenna liberaret, tum quidem nulla causa erat, ut corpus Iesu magis suscitaretur, quam corpora reliquorum hominum; sed postquam ab eo recepsit spiritus, debebat in pulvorem converti, in modum reliquorum corporum propheticorum, &c. &c. R Isaac in Chissuk Emuna parte II, fol. m. 418. Num. XXVI. ad verba Matthæi Cap. XXVII. 46. Circiter horam nonam exclamavit Iesus voce magna, Deus mi, Deus mi, quare dereliquisti me? ita scribit: הנה נִפְתָּח הַרוּעַ שְׁחוֹת לְאַחֲרֵי אֱלֹהִים שְׁחוֹת כָּאֵל בְּתַעֲרֹתָם: ecce, etiam hic indicat, se nequitam Deum fuisse, sed fuisse instar reliquorum mortaliuum, qui Deum tempore calamitatis implorant. In libro Toldos Jeschu fol. m. 20. 21. insulsam de morte ac sepultura Christi singunt fabulam, quò Benevolum Lectorem remittimus. Et in eo Judæi majores suos imitantur, quibus Dominus sudes erat in oculis, palam docens se Dei esse Filium, & Deum suum Patrem. Sacerdos magnus dicebat ipsi, adjuro te per Deum viventem, ut nobis dicas, an tu sis Christus Dei Filius, dicit illi Iesus: tu dixisti: veruntamen dico vobis: ex nunc videbitis Filium hominis sedentem ex dextris potentie, & tandem venientem super nubibus cœli. Tunc sacerdos magnus disruptus vestimenta sua, dicens: omnino blasphemavit,

quid



quid amplius opus habemus testibus, ecce, nunc audivimus blasphemiam ipsius, Matth. XXVI. 63. 64. 65. Luc. XXII. 69. 70. 71. Disputabat quodam tempore Dominus cum Iudeis super Sabbatho, suâque persona & potestate: Pater meus, inquit, usq[ue] nunc operatur, idc[on] etiam ego operor; haec percipientes Iudei, quaerebant eum interficere, ὅπ[er] & μόνον, ἐλνε τὸ οὐλέατον, αἰδία καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε πὲν Θεόν, τὸν ἐντὸν ποιῶν τὸν Θεόν, quod non tantum Sabbathum solvisset, sed etiam Patrem proprium dixisset Deum, parem se ipsum faciens Deo, Joh. V. 17. 18. Nonne Iudei sustulerunt lapides ad lapidandum Christum, audientes ex ore ejus: ἐγώ καὶ ὁ πατήρ ἐν ἐσμεν, ego & Pater unum sumus. Et respondentे Domino: multa bona opera exhibui vobis ē Patre meo, propter quale eorum opus lapidatis me? Regerebant ei Iudei: ποτὶ καλὴ ἔργα ἐλθόμεν σ, αἰλαὶ περὶ βλασφημias, καὶ ὅπι σὸν ἀνθρωπὸς ἦν, ποιέσσειν τὸν Θεόν, propter bonum opus non lapidamus te, sed propter blasphemiam, nimirum quod tu, cum homo sis, te ipsum facis Deum, Joh. X. 30. 31. 32. 33. In cruce pendentem blasphemabant, dicentes: qui solvis templum, & in tribus diebus adificans: σῶσσε σεαυτὸν serva te ipsum, si Filius Dei es, descende de cruce. Κλλας ἔσωσεν, σεαυτὸν & δύναται σῶσαι, alios servavit, seipsum non potest servare; si Rex Israëlis est, descendat nunc de cruce, & credemus ip̄s, Matth. XXVII. 40. 42, Marc. XV. 29. 30, 31. 32. Luc. XXIII. 35. Resurrectionem Christi tertiat die à mortuis factam omnibus modis suppressimere conabantur, data militibus pecunia, qui sepulchrum Christi custodiverant, injungendo illis: Dicite, quia discipuli ipsius noctū venientes, suffurati eum sunt, nobis dormientibus; et si exauditum fuerit à Preside, nos perfidiebimus illi, & vos securos prestabimus. Ita verò, accipientes argenteos, fecerunt, sicut edicti erant, & divulgatum est verbum hoc apud Iudeos, usque ad hodiernum diem, Matth. XXVIII. 11. & seqq. Apostoli verò mendacio huic se masculè opposentes, in suis concionibus, resurrectionem Christi

9

Christi à mortuis omnibus modis inculcabant incredulis Ju-
dæis, Actor. II. 24. 25. III. 15. IV. 10. 33. V. 30. X. 40. XIII. 30.
33. 34. 35. 37. XVII. 3. XXVI. 23.

§. V. Eò ipsô autem Judæi, vestigiis paternis in incredu-
litate insistentes, Christum pro nudo homine, qui tertia die
non resurrexit, sed corruptionem vidit, nec seipsum servare
potuit, habendo, verbis הַבְלָה וַיַּקְרֵב, vanitas & inanitas,
qui salvare non potest, orantes designant. Quid, quæsto,
merus homo quam הַבְלָה וַיַּקְרֵב vanitas & inanitas? Quia de
terra sumptus in eam revertitur. Gen. III. 19. & defunctus fatô
non reviviscit, sed expectandus illi decretoriis dies, quod à
Dei Filio suscitabitur, Joh. VI. 39. 40. 54. Si enim omnia vana
ac inania: חַבְלָה הַבְלִים אמר קָרְלָת הַבְלָה הַבְלִים חַבְלָה
Vanitas vanitatum! dixit Kohelles, vanitas vanitatum! omnia
vanitas, Eccles. I. 2. nec homo à vanitate & inanitate exclu-
dendus, prout dicitur: אֲךָ כֹּל הַבְלָה כֹּל אָדָם כֹּל אָדָם
Profecto, omnis vanitas, omnis homo; profecto vanitas est omnis
homo, Ps. XXXIX. 6. 12. אֲךָ כֹּל בְּנֵי אָדָם: utiq' vanitas sunt
filii hominis, Ps. LXII. 10. homo vanitati similis,
Ps. CXLIV. 4. כי מקרה בני אדם ומקרא הבחמה ומקרה אחר
להם כמוות זה כן מורה זה ווותח אחד לכל ומורה האומות
מן הבחמה אין כי רקל הבל! Eò quod accidens filiorum hominis,
& accidens bestie, sed accidens unum illis; dum sicut moritur unum,
moritur alterum; ac spiritus unus omnibus, nec prærogativa homi-
nis hic est præ bestia, eò quod omnia vanitas. Eccles. III. 19. Ho-
minem sibi relictum ac divinâ gratiâ carentem, seipsum ser-
vare non posse, docet David vir secundum cor Dei, suo
exemplo, scribens: אשא עמי אל החרום מאין ובוא עורי
tollo oculos meos ad montes, עורי מעם ה' עשה שפטים וארץ:
unde venit auxilium meum, auxilium meum est à Domino, qui
fecit cœlum & terram, Ps. CXXI. 1. 2. אָכֹר לְפָנֶיךָ יְשׁוּעָת אֱנוֹן
Dic animæ meæ, salus tua ego. Ps. XXXV. 3.

B

Do-



עוזרתיו וספְלטֵי אלה אֱלֹהִים, Ps. III. 9. Domini est salus, auxilium, Ps. III. 9. *auxilium meum, & erector meus tu es, Deus mihi, ne tarda, Ps. XL. 18.* כי היה עוזרתך לי ובצל כנפיך ארנו: nam factus es auxilium mihi, ideo, in umbra alarum tuarum cantabo, Psal. LXIII, 8. אמר וברחמה תושיע יהוה hominem & bestiam servas, ô Domine! Ps. XXXVI, 7. *Profectò in Domino Deo nostro, salus est Israëlis,* Jerem. III. 23. Si autem nudus homo est הַבָּל וַיַּקְרֵב *Vanitas & inanitas*, post mortem morti subjectus manet, nec seipsum servare potest, quilibet videt, Judæos, Christum nudum existere hominem, qui tertia die à mortuis non resurrexit, sed in cineres ad modum cæterorum hominum est redactus, & se ipsum, in cruce pendens, servare non potuit, credentes, verbis הַבָּל וַיַּקְרֵב *qui salvare non potest*, orantes intelligere.

§. VI. Deinde confirmant sententiam nostram & blasphemias horrendas, quas ore detestandæ in Redemptorem nostrum evomunt Judæi. Recenset eas ex parte Lutherus noster in libro de Judæis eorumq; mendacis, fol. m. 88. 89. 90. Et in Libro de Schem Hamphoras, fol. m. 109. Idololatria, Magus & seductor populi appellatur in Mass. Sota fol. m. 47. Col. I. & Sanhedrin. fol. m. 107. Col. II. ubi inter alia: אל זקְפֶ לְבִנְתָא וְהַשְׁתָחוֹתָה לְהַ אָמַר לְהָהָר בָּרָךְ אָמַר לְהָ בָרָךְ סָקוּבָלָט מִן כָּל הַחֲוֹתָא וְמַחֲטֵיא אֶתְהָרְבִים אֵין מספיקין בְּיוֹזָה דְעַשְׂתָה תְשׁוּבָה וְאָמַר מֵרָ וְשׁוּ כִּשְׁפָ וְהַסְּרָרָה abiiit, & suspendens laterem, divino cum cultu prosecutus est. Dixit ipsi R. Josua Perachie filius, ad meliorem frugem reverttere, is vero respondit: sic à te ipso didici, quisquis peccat, & complures ad peccandum inducit, ei non conceditur facultas penitentiam agendi. Atq; hoc est, quod vir quidam celebris testatur, Jesum factum esse Magum, seductorem & corruptorem Israëlitarum; vide Deut. XIII. 7. 10. II. Mass. Sanhed Cap. VII. fol. m. 67. Col. I. רְשֵׁי in Alphasium Cap. IV. Berach. Edition. Sa-

15

Sabionett. Abarbanel in Maschmia Jeschua, fol. m. 5. ad verba
Num. XXIV. 25. In Mass: Schabbas fol. m. 104. Col. II. in me-
dio, somniant artes magicas, quas in Agypto didicerat, in
Judæam reversum, exercuisse.
בָּנֵן סְטוֹרָא חַזְצִיאָה כְּשֶׁבֶת מִכְזָרִים
בָּנֵן סְטוֹרָא חַזְצִיאָה בְּסִירוֹתָה שָׁעֵל בְּשָׂרוֹן:
*Stade filius secum extulit ex Agypto artes
magicas in incisurā, quam in carne sua fecerat.* De Stadē
filio legendi Buxt. in Lexic. Talmud. in voce **סְטוֹרָה** fol. m.
1460. & in voce **בְּנֵרְיוֹן** fol. m. 1755. Wagenseil. in Confut. libri
Toldos Jeschu, fol. m. 16. 23, & seq. Vorstius in Observat.
ad Chronolog. David Ganz. fol. m. 263. De eō in Sanhedrin
fol. m. 67. Col. I. ita: **בָּנֵן סְטוֹרָא בְּלֹר וְתַלְאֹוֹת בְּעָרֶב:**
*Sic fecerunt filio Stade in Lud, & suspenderunt cum in
Vespera Sabbathi.* Antequam suspenderetur, praeceps quadra-
ginta diebus illum præcessit, invitans quoslibet, ad ejus Pa-
trocinium, qui processus describitur in Sanhed. fol. m. 43.
וּתְהִנָּא בְּעָרֶב הַפְּסָח תְּלֹאֹוֹת לְיִשְׁוֹחֲרָוֹת:
Col. I. ante finem: **וְיַצֵּה לְפָנָיו מִזֶּם וְיַצֵּא לְיסְקָל עַל שְׁכִינָה וְחוֹזֶה**
אֶת שְׁرָאֵל כָּל שִׁוּעֵל וְכוֹתֵב וְלֹמֵד עַלְיוֹן וְלֹא כְּפָאֵן
אֲלֹהִים וְתַלְאֹוֹת בְּעָרֶב פָּסָח:
tradunt magistri, vesperā Paschatis suspenderunt Jesum, & praeceps ante ipsum præcedebat quadraginta diebus, clamans: exit Jesu ut lapidibus obrutatur, eō quod fascinavit, seduxit, & impulit Isrælēm: Quicunq; in ejus patrocinium aliquid potest proferre, is prodeat atq; pro illo doceat. Cūm verò nullum pro ipso invenirent meritum, suspenderunt illum vesperā Paschatis.

§. VII. Dantur alii quoque recentiorum seculorum scrip-
tores, ductum diaboli Patris mendacii sequentes, quorum
libri hujusmodi abominandis flosculis scatent. Autor Nizza-
chon Veteris fol. m. 51. verba Mosis Deut. XIII. 7. *Si incitet
te frater tuus, filius matris tuae, hunc in modum malitiosè per-
vertit: זֶה יְשֻׁוּ שְׁכִיפָר בְּאָבִיו וְאָמֵר שְׁשָׁל לוּ אֶם וְלֹא אֶבְּאֵן אוֹתָהּ*

האה לו וגוט עד בראשונה להמו ונו וכן לו אבותינו
hic Jesus innuitur, qui Patrem suum inficiatus est, dixit se matrem tantum habere, nequaquam vero Patrem; aut se Dei Filium esse, immo ipsum Deum. Ceterum, de eodem pronunciat Moses, v. s. ne acquiescito illi &c. usq. ad illa: prima esto ad morte illum afficiendum, &c. Id observarunt Majores nostri, illumq. suspenderunt. Et pag. 34. ad verba Exod. VIII. 3. & fecerunt similiter magi, Satanæ instinctu ita blasphemat. כל מה שעשה כל מה שעשה על ידי בשן כי כחוב בענין גיאון שורה במצרים ב שנים ישב למד חכישף כראמיין עשור קבץ כישוף יורו לעלם השערת נטלה מצרים ואחרת כל העולם: quicquid Jesus fecit per artes magicas fecit, scriptum enim in Evangelio eorum, ipsum biennium in Aegypto exegisse; & ibi artem magicam didicit; unde in Kidduschn fol. m. 49. Col. II. dicimus: Decem Cabii incantaminum descendere in mundum: novem ex iis sibi abstulit Aegyptus, unum orbis reliquus. R. Isaac Ben Abraham in *אברהם* seu munimine fidei, Parte II. Num. LXV. ad Cap. VIII. A. & tor. fol. m. 452. מכאן ראה נס. ואחר ראה נס. לאחרות ישו שהו נשים בכישוף ולפיכך התראים הנתראים אחריו נשבו כמו כן לאלוות כאשר אתה רואת הוות: ecce, hinc deprimas argumentum etiam adversus Jesu prodigia, que arte magica fuere peracta, ac ideo homines simplices, qui eum sectabantur, similiter ipsum Deum credebat, cœn hodiernum evenire videmus. Conferri cum his quæ diximus possunt, Mass. Calla fol. m. IX. Col. II. Mass. Gittin fol. m. 57. Col. I. Buxtorf. in Lex. Talmud. fol. m. 1184. Wulfer. in Animadv. ad theriac. Judaic. fol. m. 42. 43. Vorst. in Observ. ad Chronologiam David Ganz, fol. m. 265. Bartolocc. in Bibl. M. Rabbinicâ, tomo II. fol. m. 155. R. Jechiel. in Disput. cum Nicolao, fol. m. 16. Blasphemias hasse recensendô, nihil contra fundamentum Prophetarum & Apostolorum, cuius lapis angularis Jesus Christus est, nosque ei superstructi sumus, Eph. II. 20.

II. 20. suscepimus; totò enim eas abominamur corde ac pectorē, & utinam nunquam lucem aspexissent, sed æternis sepultæ mansissent tenebris. Expedit interim Christianis, imprimis Sacrae Theologiae Cultoribus, nosse Judæorum detestandas Blasphemias, crassam cœcitatem, & amentiam stupendam, ut tantò majores Dœo referant gratias, quod in gremio Ecclesiæ, extra quam nulla est salus, sint nati, scopolosque Judaicos omnibus declinet viribus, ne vel ipsi, vel alii naufragium animæ patientur. Unde & beatus noster Lutherus, religioni sibi non duxit, etiam in vernacula maximam partem probrorum, quæ in divinam majestatem jacint, operibus suis infondere.

§. VIII. Sed ecce quantis hæc nostra prematur assertio difficultatibus, ab utroque contradicentes habemus latere; à sinistris Judæos, à dextris Christianos, qui numerō & pondere Argumentorum contra nos pugnant. R. Gedalias in Schalscheles Hakkab, fol. m. XVI. Col I. in medio: ירושע בן פרחיה ושמון בן שטח קבלו מיהוּת טבאי וכחאו הרכבי שנה ג' אלף רוכא לבריאה שהיה שנת ר' לג לבנן ר' בית זה ירושע אינו המלך תורך לתלמי ר' רמו כמו שהשׁבוּ קצת דאנשיים אבל היה אחר בימי תלמיו היל ושמאי כמו ע' שנים קורט זרמן הבירס שבומו והוא החשובם הרים Perachie, & Simeon filius Schetach, accepérunt (Legem scil. oralem) à Iuda Thabao, & Netheo Arbelita. Circa annum, ab orbe condito, ter millesimum sexcentesimum & vigesimum primum, qui est annus conditi templi, ducentesimus decimus tertius. Iste Joshua, non eruditum discipulum illum notum ac cognitum, cœu quidam opinati sunt, sed ille fuit aliis, vixitq' circa tempora disipulatorum Hillelis & Schammai, septuaginta annis ante templi nostri excidum, tum enim mira ista acciderunt. Vid. Zemach David ad Ann. 3560. Parte I. fol. m. 21. Col. I. R. Salomon Zevi in sua theriaca Judaica, Cap. I. §. VII. fol. m. 15. & seq. quam Le-

beridi Samuelis Frider. Brenzii opposuit, decem firmissimis, ut ille censet, argumentis probat Jesum Talmudicum alium fuisse à Jesu nostro Nazaræno. Inter Christianos hæc sententia suos invenit defensores, Petrum Galatinum lib. 1. de Arcanis Cathol. Verit. Cap. VII. fol. m. 25. concedendum utique, inquit, multa mala arque, turpia in Talmud de Jesu Nazaræno dici, non autem ea de Jesu nostro Salvatore, sed de alio quodam referri, &c. &c. Et Schickardum, qui in proemio Târich præmisso, fol. m. 83. ita scribit: Non possum quin obiter hic redarguum errorem publicum, quo creditur Jesu Nazareni supplicium in Talmude narrari; cum tamen is longe fuerit alius, & omnes circumstantia vehementer disideant, ut mox demonstrabo. Id pag. 84. & seq. usque ad 96. septem rationibus stabilire annititur,

§. IX. Sed contrarium nobiscum multi ex Judæis & Christianis tuentur; de Christianis res manifesta est, ex illorum autem ordine, ut jam nihil dicamus de iis, quos Vorstius in Observ. ad Chronologiam David Ganz fol. m. 267, 268 citat, laudamus R. Abrah. Zacutum in Juchasin fol. m. 16. Col. II. והושע בן פרחיה וזה היא הכת וכזו ואחת שמי' אחד האיש בשנת ר' למלכות נאי השם והוא אלכסנדר וחוזה, שני ר' מג לבנון הבית ושנת נא' לחשיטונם שהוא שמי' ג' אלפִיס ותרעה ליצירה אף על פי שהם אמרם שנולד בזמנ הוירוס אבד החשיטונם שנית השם ליצירה ושנתקה לה שנים קורם החורך בן לב' שנים כוונתם לבזותני ולומר כי מיר במרוח קורם מ שנה נהירם הבית בענ' מה שעשיט לה: vera est traditio majorum, illum virum, discipulum fuisse Iosue filii Perachie. Atque hoc est sc̄ta &c. Tenendum igitur, omnino illum natum esse, anno quartō regni Iannai secundi, qui & Alexander dicitur, hoc est, anno ante excisum templum ducentesimō sexagesimō tertio, & anno quinquagesimō primo, regiminis

geminis Chasmonaeorum, qui est annus orbis conditi, supra ter millesimum sexcentesimus septuagesimus & unus. Quamvis ii, qui ejus nomen proficiuntur, dicant, ipsum imperante Herode, servò illò Chasmonaeorum, anno post orbem conditum, ter millesimò, & supra septingentesimum sexagesimò natum esse, siueque suspensum annis triginta quinque ante templi excidium, cum ageret aetatis annum trigesimum secundum. Intentio illorum est, ut nobis illudant, dicantque, ob scelus, quod adversus eum patravimus, illico ac cito ante quadragesimum annum, templum fuisse excidum. Ad hunc locum digitum intendit R. David Ganz, in Zemach David parte II. fol. m. XIV. Col. II. in medio:

וּמְחֹנָן וְךָ כָּה שְׁנַוֵּל בְּשִׁנְתָּר גַּם אֶלפִּים וְתְּרַעַת :
& in libro Juchasin pag. 17. scribit autor istius libri, Jesum Nazarenum natum esse, anno ter millesimò sexcentesimò septuagesimò primò. Ubi quoque refert, se in libro Schebeth Jehuda invenisse, eodem anno Salvatorem nostrum natum. Verba, ex Ebræo in latinum versa à Georgio Gentio, fol. m. 263. Edit. Amstel. 1680. hunc fundunt sensum: ut, ut est, (ita Pontifex Romanus ex mente Judæorum, cum quibus disputat) cum Servatore nostro ita comparatum est, ut ipse multò ante Hierosolymitanum excidium natus sit. Natum enim esse constat, (scil. ut vos vultis) à mundo condito, ter millesimò, sexcentesimò septuagesimò primò. Excidium verò sacra adis in annum ter millesimum, octingentesimum, vigesimum octavum incidit. Adeò ut Servator noster, centum quinquaginta septem annis, ante sacra adis everzionem natus fuerit. Quam sententiam Vidael Judæus Papæ respondens, approbat. Tandem Ganzius l. cit. observat secundum librum Jaschan Noschan Abram Northem: שהוּתָה לְרוֹתוֹ קָרוֹם שְׁנַת תְּרֻעָה עֹז נֶגֶן nativitatem Christi quinquaginta tribus annis amplius, ante annum 3071. contigisse. Autorem libri יוסֵד עֲולָם, qui Cap.

XVIII. teste David Ganz in parte I. ad Ann. 3560.
 וביומו אוירע מעשׁה ר' של ישי
 הנצרי כי הוה חורה תלמידו של יהושע בן פרוחה:
 Et ejus diebus accidit historia Jesu Nazareni; erat enim is disci-
 pulus Josua filii Perachiae, Ab. Esram ad Dan. XI. 14. ita an-
 notantem: וקמו פרוצ'ט מישראך
 ואלה היו בימי האות שחוות אלדו הערלים ואל תסנק
 על רבבותם שחוות בימי הווודוס כי חכמויות הזרוקים
 אמרו שהווודוס בימי שמעון בן שטח והוות האמרם:
 Propheta vaticinatur prodituros circa hac tempora inter Iudeos,
 homines temerarios. Nimurum hoc accidit etate illius hominis,
 quem praeputati pro Deo colunt. Neg. est ut illorum verbis fidem
 adhibeas, dum contendunt ipsum vixisse imperante Herode; nam
 sapientes nostri, viri justi, testantur, ipsum vixisse in diebus Si-
 monis filii Schetach, & hoc verissimum. R. Tam ad Cap. XII.
 Mass. Schabbas, fol. m. 104. Col. II. ישו היה בימי יהושע
 בן פרוחה כריסטוס בפרק בתרה רשותה ולא כרבי יהושע
 בן פרוחה שדחה לישו נצרי בשתי ימי- Jesu fuit diebus
 Josua filii Perachiae, scut evincitur ex capite ultimo sota, ubi di-
 cunt: neque veluti R. Josua filius Perachiae, qui avertit Jesum Na-
 zarenum ambabus manibus. Autorem libri Cosri, parte III.
 Num. LXV. fol. m. 240. ואחריו יהושע בן פרוחה ומטלמיויו:
 post hunc vixit Josua filius Perachiae, hujus disci-
 pulus fuit Jesus Nazarenus. Hæc verba in editione secunda
 sunt omisæ. Autorem libri toldos Jeschu, qui in eo ad Talmud
 provocat, atque non obscurè indicat, ejus Jeschu fabulam
 se texere prolixius, de quo Gemarici disputatione
 quæ in Mass. Calla adducuntur, ad Christum audacter appli-
 cat fol. m. 5. 6. Quid, quæso, clarius hisce pag. 7.
 כישוף ושם טומאה נכנס למסראש רם לא כן איך הנרו הפתנים
 בני אחרן הקדושים לכנס וראי בשם הטומאה וכישוף פעל את הכל
 necesse est arte magica, & vi incantaminum templum introi-
 rit.

rit, securus enim si foret; quomodo permisssi erant sanctissimi sa-
cerdotes Aaronis progenies, ut illuc ingredetur? Proinde mani-
festum est, cum ope impuri nominis & magicā arte patrasse ista
omnia. **דָאִישׁ חַדְשׁ בְּנֵי מֹרֶה חַדְשׁ** Quid clarius hisce? **שְׁמַטְעָרָה אֲרֵן הַבְּרוּתָן אֲחָרוּתָן**
חוֹתָם מְכַשֵּׁל וּמְטַעַּת אֲתָתָן ipse arte magica in fraudem & erro-
rem inducit homines, pag. XI. dixit Regina, אמרות עליון מכם וחוץ:
שְׂוֹתָה דָאִישׁ מְכַשֵּׁפָה חַדְשָׁתָה dicitis hunc virum magum
esse; annon bis meis oculis vidi ipsum patrarentem mira uela
instar filii Dei? At sapientes respondere & dixerunt:
כִּי בָוָרָא מְכַשֵּׁפָה חַדְשָׁתָה est certò certius magus. Pag. XVIII. calumnia-
tur Christum ex ligno non potuisse suspendi, nam omnia
frausta rumpebantur, quod incantasset omnia ligna; tandem
cadaver ejus è brasiliae caule ingenti, quem fascinare non
valebat, suspensum. Legendus hic Beatus noster Luthe-
rus in libro Schem Hamphoras, fol. m. 109. & seq. qui sacri-
legas hafce blasphemias ex parte I. Cap. XI Parcheti desumi-
psit. Tale ante nos de hac controversia judicium tulit, Sidus
orbis eruditus Germaniae fulgidissimum Wagenseilius in Con-
futatione Libri Toldos JEsu, cuius fol. m. 23. sunt sequentia:
*Atque sanè jam dudum coëgit aliquos Judæorum ipsa res, ut ne-
garent, Jésum nostrum uspiam in Talmude designari, ceu docui-
in Sota pag. 105. & seq. pertinentque hūc imprimis Acta Disputa-
tionis R. Jechieli cum Nicolao, que supra exhibuimus. Verum,
qui sic animati sunt, necesse est librum toldos Jéschu penitus reji-
ciant. Quotquot enim eum in pretio habent, nec fidem illi dero-
gant, iis hac ad elabendum præclusa est rima, cum nefarius iste
libellus ad Talmud provocet, atq. palam indicium faciat, ejus Je-
snu fabulam se enarrare prolixius, de quo Gemarici quoq. aliqua
tradere cœperint.*

S. X. Nec mirum Dominum à Gemaricis, eorumq; se-

quacibus, tot ac tantis blasphemias peti, cùm scripturæ sacrae easdem ferè Majores Judæorum, Christo in terris viventi objecisse, satis clarè ac perspicuè doceant, Matth. IX, 34. XII. 24. XXVI. 65. XXVII. 63. Marc. III, 22. Luc. XI. 15. Joh. VII. 12. VIII. 48. Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphonie Judæo fol. m. 296. de Judæis tempore Christi viventibus: οὐαὶ ἑνεργοῖς αὐτῶν εἰπέτων λέγειν, ηγελασπλάντον, magum cum atj. plebis seductorem nominare audebant. Laetantius Lib IV. Divin Instit. Cap. XV. mox in princ. fol. m. 395. *Veniamus ad opera illa miranda, que cum essent cœlestis indicia virtutis, magum Judei putaverunt.* Et cap. XIII. Ejusd. libri, fol. m. 390. ait, ergo, Apollo, illum fecisse quidem opera miranda, verum non divinâ virtute, sed magicâ. *Quid mirum, si hoc Apollo veritatem ignorantis perfrasit, cum Judei quoq; cultores (ut videbantur) summi Dei, idem putaverint, cum ante oculos eorum quotidiè fierent, illa miracula, que eis prophete futura prædixerant, &c.* Chrylostomus in Cap. XII. ad Fibreos, Hom. XXVIII. fol. m. 1834. *Cùm aliquid paſt fuerimus, Christum cogitemus.* Quare? quia tota vita ejus probbris plena fuit. Etenim semper audiebat, quod insanus esset, & seductor & Magus. Et nunc quidam dicebant Judei, non, inquit, sed dedit populum. Et iterum: seductor ille dicerat adhuc vivens, quia post triduum resurget. Iterum euro de arte magica criminabantur, dicentes: in Beelzebub expellit demonia, & quia insanit & demonium habet. Nonne bene dicimus, inquit, nos, quia demonium habet, & insanit? - - - Docens que ad veritatem pertinebant, audiebat quod seductor esset; & demones excludens, demonium habere dicebatur; & omnia mala subvertens magus appellabatur, sic quippe cum sepius accusabant. Conf. Homilia ejus IV. de laudibus Pauli, fol. m. 1072, 1073.

§. XI. Manet proinde firmum fixumque Talmudicum Jesum nullum alium esse quam Jesum Nazarænum, quem per

per ludibrium & approbrium appellant, סָמֵךְ בַּכְּ וְשָׁנְדֹן בְּצֹואָה רְתַחְרֶן; Voces hæc blasphemæ, quas contra Christum, tartareo effutunt ore ac pectore, longè graviores sunt illis, Christum esse חַבֵּל וּרְקָן vanitatem & inanitatem, & salvare non posse. Non ineptè ergo inde inferatur, Christum, qui Judæis talis est, in precibus etiam illis, per חַבֵּל וּרְקָן, & qui salvare non potest, intelligendum. Sed audiamus quid hac de re sentiat Megalander noster Lutherus, in suo libro de Judæis eorumque mendacis, tomo VIII. Jenensi fol. m. 98. Col. II. ea hic non sunt negligenda, ita verò sanctissimus ille Vir: Die Jüden lästern und fluchen/ immer für und für / GÖtt den Vater unser aller Schöpffer/ eben in dem/ daß sie seinen Sohn Jesum von Nazareth Marien Sohn -- -- lästern und fluchen; nennen ihn Hebel vorik, das ist nicht allein einen Lügner und Falschen/ sondern die Lügen und Falschheit selbst/ ärger denn der Teuffel selbst. Et pag. 99. Col. I. Ihr Lob/ Dank/ Gebeht und Lehren/ ist eitel Götteslästern/ Fluchen/ Abgötterey/ weil ihr Herz und Maul/ GÖtt den Vater/ Hebel vorik nennen/ wie sie seinen Sohn unsern Herrn Jesum nennen. Denn wie sie den Sohn nennen und ehren/ so ist der Vater auch genannt und geehret. Pag. 95. Col. I. Wenn du siehest oder gedenkest an einen Jüden/ so sprich bey dir selbst also: Siehe/ das Maul/ das ich da sehe/ hat alle Sonnabend meinen lieben Herrn Jesum Christ/ der mich mit seinem teuren Blut erlöset hat/ verflucht und vernaledet/ und verspeict. Denique pag. 117. Col. II. in libro de Schem Hamphoras, &c. his utitur verbis: Ich kan solches nicht anders verstehen/ denn daß sie hiemit/ in dem sie unserm Herrn Jesu Christo/ Lügen/ Versführung/ Irthumb/ Abgötterey/ Lästerung/ und alle Grenel aufflegen/ GÖtt selbst zum Teuffel/ ja zum Knecht aller Teufel machen/ der alles Ubel/ was der Teuffel wil/ helfe thun/ stärken/ voll-

bringen Lust und Liebe habe arme Seelen zu versöhnen / &c. &c.
 Pondera hæc sunt verborum, quibus organon Dei electum,
 gravissimè in Apellas propter Hevel variè aliasque bla-
 sphemias, Zelô Domûs Dei fervens, invehitur. Quod nec
 inter Judæos aliqui dissidentur, vocem יְהוָה pro nomine יְהוָה
 positam esse, eò quod in numeris tantudem conficiat,
 quantam summam nomen Jeschu continet, si literarum fiat
 computatio, concedentes. Nam יְהוָה per gematriam va-
 let 316, totidem יְהוָה. Wulferus in Animad. suis ad Theriac.
 Judaic. Cap. V. §. IV. fol. m. 311. refert autorem Commenta-
 rii ad Machsor Norimbergense, codicem membranaceum
 quadringentorum penè annorum, וְיְהוָה in Dominum Je-
 sum torquere. En ipsa hominis verba: יְהוָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
 הַבָּתָר בְּנֵי וְלֹא כָּלֵם וְלֹא מִתְּהֻלָּה רְחוּבָה
 nomen tantudem numeris conficit ac יִשְׂרָאֵל; & הַבָּתָר per
 gematriam, literarum computatione facta, idem valet, quod וְלֹא;
 quo quidem vilis & abominabilis ille Jesus, homo impurissimus
 innuitur. Testimonium hoc bene notandum, cùm ex
 propria suorumque fratum, à quibus sine dubio hoc arca-
 num expiscatus est, loquatur mente. Major itaque hic haben-
 da fides conversis Judæis, inter quos aliqui inveniuntur, qui
 cum iis, etiam Christiani facti, quam familiariter conversantur,
 odio eorum non flagrant, sed potius miserum eorum
 statum acerbis deplorant lacrymis, & nihil magis in votis
 habent, quam ut fratres eorum וְלֹא טָהָרָא, ad ovile Christi ad-
 ducentur, quam infensiissimis Christiani nominis hostibus Ju-
 dæis, licet eos minimè audiendos esse dictinent, qui voce
 unanimi affirmant, tacite omnino Christum verbis iis no-
 tari. Quam gravi enim sacramentō, conversus quidam Ju-
 dæus Pragensis, Deum severissimum, omniscium & justissi-
 mum judicem contestatus id affirmarit, legi meretur Wul-
 ferus in Notis ad Cap. i. Mischna: v. Schekalim, fol. m. 4¹
 Non

Non displicant nobis, quæ Antonius Margarita conversus
Iudeus, in libello germanico de fide Judaica, fol. m. 306.
& seq. preces וְלֹא expendens, posteritati reliquit. Is ad-
ductis verbis: illi incurvant se & adorant vanitatem & ina-
nitatem, &c. hæc subjicit: Wenn sie diese zehn Worte beten/
speien sie dreymahl wieder Christum und seine Gläubigen aus.
Es bedarf hie keiner weiteren Erklärung denn ein jeder Ver-
ständiger greift es mit den Fingern / daß sie hie klarlich wie-
der die Christen und Christum beheten. - - - Sein Nah-
me heist auf Ebreisch יְהָוָה Jesu / ein Heyland / der das
Volck von ihren Sünden heilet und hilft/ Match. I. Wenn
sie demnach unter den 10. Worten sprechen: Die sich bücken
und neigen vor einer Thorheit und Eitelkeit / meinen sie
mit diesen Worten / Thorheit und Eitelkeit / den kostlichen
Nahmen Jesu. יְהָוָה macht in der Hebräischen Zahl 316.
gegen dem haben sie in den obgemeldten 10. Wörtern / ein
Wort das פָּרוּ auf deutsch eitel heisset / daß auch in sich hat
316. in dieser Zahl; damit wollen sie zu verstehen geben / daß
wo Jeschu nur genennet werde / nichts dem Eitelkeit / Nich-
tigkeit und Thorheit verstanden werde.

§. XII. Excipit contra hæc R. Salomon Zevi, in sua
Ther. Jud. Brenzii peili serpentinæ oppositâ, Cap.V. §. 4. fol.
m. 192. Si יְהָוָה per gematr. est יְהָוָה, etiam, cùm mox sequa-
tur: וּמוֹשֵׁב יְהָוָה בְּשַׁמְּךָ וְthronus gloria ejus in cœlis,
vox יְהָוָה significabit יְהָוָה, quia ea tantundem in numeris con-
ficit ac nomen יְהָוָה. Proinde se valet, à numerorum identitate
petita ratio, fatendum nobis foret, Jesum sedere in cœlis supre-
mis; quod agnosceré non Judæi hominis, sed Christiani est, H. I.
Sed supra audivimus, plurimos codices MS. & excusos pro-
monent hanc lectionem illi præferendam, ne fateri cogan-
tur יְהָוָה in supremis cœlis sedere ac regnare. Ita Autor
Comment. ad Machsor Norimbergense teste Wulfero in

יש שנזרו מ ה' יקרו כי ה' אזהר של ר' ר' אל' מלומד מושב יקרו כי ה' אזהר *sunt nonnulli, qui serio interdicunt, ne quis verba hec recitare ausit, quia ratione numerorum idem conficit ac וריך (& per consequens impius esset, qui diceret יש in supremis cœlis sedere) sed eorum loco dicendum esse.* Ut vel hinc appareat, fraudes hic subesse, nec frustra Apellas, in depellendo à se tam immani scelere, tantò labore sudare. Cur enim lectio-
nen illam מושב יקרו וריך de Jesu nostro non intelligerent? Malè quoque R. Salomon Zevi infert: Si וריך per Gemat: est יש, etiam מושב יקרו per Gemat: est יש, & per consequens, Judæorum mens est, in cœlo sedere & regnare Jesum, cum tamen id constanter negent. Quemadmodum enim non sequitur: Q. Homo est doctus, Ergo hic rusticus est doctus: Sic vitoise quoque infertur: וריך hic per gematriam est יש: Ergo מושב יקרו quoque per gematri: est יש. Ubi, quæsto, dicimus? Ubi וריך occurrit, Salvator noster designatur. Aliás etiam El. XXXI. 7. ubi וריך legitur, Christus esset intelligendus, quod tamen nemo sanamente prædictus dixerit, cum vox יש à Judeis in summam Christi ignominiam, qui in N. T. Jesus vocatur, sit excogitata. Neq; asserimus, ubi idem emergit numerus 316. ibi intelligitur Jesus, quod tamen hic R. Salomon Zevi tanquam certum præsupponit. Vacillat itaque ista consequentia, ut illa: voces שילה & שילה eundem utrobique numerum 345. literis suis exprimunt, E. Moses est Schilo, & Schilo Moses, quod absurdum; Veteres etenim Ebræi per שילה Gen. 49. 10. Messiam intellexerunt, id docet triplex Targum, Onkelosi, Jonathanis & Hierosolymitanum, in quibus pro שילה, Rex Messias legitur. In Mass. Sanhedrin fol. m. 98. ita scribunt: R. Jachanan dixit: Messie quod est nomen? Qui de Schola R. Schela, responderunt: שילה, juxta,

juxta illud: donec veniat Schilo, Liber antiquissimus בר שילה Schilo est Rex Messias. Ex posterioribus id approbarunt רַקְ בְּחָיָה aliiq; Baal Hatturim ad h.l. וְכָא שִׁילָה בְּנֵמֶת מִשְׁיחָה: *veniat Schilo per Gemat.* est Messias. Et forte singulari Dei providentia pro cibis in quibusdam Exemplaribus יָקָר שְׁבָב legitur, ut, cum Christum summō dedecore per הַבָּל וּרְקָן afficere voluerint, vel tacite & invitè Christi thronum gloriae cœlum esse, ac ad dextram Patris sedere, confiterentur, prout scriptum: *nam יְהוָה לְאָדָם לְאַבְדָּךְ חֹזֶם לְגַלְגָּלָה;* dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram meam, usq; dum posuero, inimicos tuos scabellum pedum tuorum, Ps. CX. 1.

§. XIII. R. Lipmann, in suo Nizzachon Num. 347. fol. m. 191. & 192. telum hoc ita declinat; disputat ibi contra Iudeum ad Christi doctrinam conversum, quem contra Judæos ita loquientem introducit: *אתם אֲוֹתִים בָּעֵלָט לְשָׁבֵח שָׁם vos dicitis in precibus* משתחים להבל ורְקָן זה בנטיריא ישו Alenu leschabbeach, qui incurvant se coram vanitate & inanitate, ubi vox רְקָן per gematriam est יְשָׁעִי. Huic dubio ita occurrit, ut dicat, Salvatori nostro neque à Christianis, neq; à Judæis nomen יְשָׁעִי attribui: *כִּי בְּרִשְׁתָּנוּם* sunt verba ejus, *נִקְרָא יוֹשֵׁב וּבְרִשְׁתָּנוּם נִקְרָא יְשָׁעִי*, nam ab illis vocatur Jesus, à nobis vero Jeschua. Asserto huic mendaci ac impudenti contradicunt scripta, partim propria, partim aliorum Rabbinorum, v. C. Nizzachon vetus, disputatio R. Jechielis cum Nicolao, itemque disputatio R. Mosis Nachmanidis cum fratre Paulo, Liber Munimen fidei R. Isaaci, Liber toldos Jeschu, Zemach David, R. David Ganz, R. Abarbanel, רְקָן, רְשִׁיא, imo ipsum Talmud; nullus certè in omnibus hisce aliisq; libris occurrit locus, ubi Salvator noster ab illis יְשָׁעִי vocetur. In sumnum ejus contemptum ac infamiam semper detractâ literâ ו scribunt, ad innuendum, eum nil minus

minus quam Salvatorem existere, (prout rotundè fatetur Elias Levita in suo Thisbi fol. m. 15). וְלֹא שָׁהוּרוּת אִנּוּ מַדּוּם שָׁהוּרָה רְאֵבָן וְזָכִים לְקָרְאָו יְשֻׁעָה וְהַפְּלִלָּה הַעֲלָן
 שָׁהוּרָה הַהְמֹשֶׁעָ לְפִיכְךָ אִינָם וְזָכִים לְקָרְאָו יְשֻׁעָה וְהַפְּלִלָּה הַעֲלָן
 Et quia Iudei non credunt, quod ipse sit Salvator ille promissus, idcirco nolunt ipsum vocare, sed tollunt Aia literam, & pronunciant, id est, Jeschu) nomenq; ejus, quod execrantur, sub caelo penitus delendum. Nam ius per iustitiam delectatur nomen ejus, & memoria ejus. Ne hæc Judæis affingere videamus, en verba ex libro blasphemо, toldos Jeschu fol. m. 6. יְקָרְאָו אֶת שְׁמוֹ וְשָׁוֹרְאֵבָן תְּבוּתָה וְמַחְשָׁמוֹ וְכָרְנוֹן:
 vocabant nomen ejus Je-schu, indicium facientes, dignum esse, cuius nomen & memoria percant. Et Buxtorfius in Abbrev. in יְשֻׁעָה fol. m. 102, sequentia narrat: mihi ante paucos annos hæc de re cum quodam Iudeo conferenti, immo, respondit, non sic tantum explicatur (scil. יְמִיחָה שְׁמָוֹ וְכָרְנוֹן שְׁקָרְבָּן וְהַעֲבָה J-sus mendacium & abominationis. Quis ad hæc totò pectore non exhorrescat? Et tamen hec dicuntur inter recutitos istos, & feruntur, nemine Christianorum ad id advertente. Vixit iste Iudeus Francofurti & Hanovrie, ubi Anno 1616. iavit ad infima terræ. Sed ut ad R. Lipmannum revertarum, satis audacter is pronunciat, in Talmude, Jesu Nazareni nullam planè mentionem fieri, ita l. cit. pergens: וְשִׁיבָּהּ וְשִׁיכָּהּ לְוָרָה לְמִרְאֵת כָּל הָגּוּרָה שְׁנָטוֹתָה בְּתַלְמוֹד עַל יְשֻׁעָה
 להם עַל כָּל הָגּוּרָה שְׁנָטוֹתָה בְּתַלְמוֹד עַל יְשֻׁעָה
 ואמר לסת שאין זה יווש נם חוכיתו פרוץ;لامת שני ישו
 הו שהריו ישו שמאmins בו חוויה בימי וולטי המלך
 שקוון לה אלנש כמו ספר ברניאל בסמן שלב
 ודיין הוויה בימי רולך כמו ששנינו בנוור ומירוי לה
 בעק רשבת; ישו הנזכר בתלמוד היה כמו ר יוחשע בן
 פרחה כראתה בפרק חלק וכמסכת סotta וולך מה
 כמה ורות אחר לר יוחשע בן פרחה כראתה במסכת אוכה;
 Et responso hæc idonea est, ut dicatur illis propter omnes narrations.

28

tiones, que dicuntur in Talmude de Iesu. Dic, queso, illis hunc non esse illum Iesum. Sapientes Parisini quoque docent eos, duos fuisse Iesus. Nam ecce Iesus, in quem credunt, fuit diebus Helene regine, quam vocant Elenam, prout exposui in Daniele Numerò 332. Illa autem vixit diebus Hillelitis, prout docemus in Nasir, & adducitur Capite I Schabbas. Iesus autem, cuius mentio fit in Talmude, fuit diebus Iosuæ filii Perachiae, prout dicitur in Capite Chelek, & in Mass. Sota. Hillel autem floruit aliquot generationibus post R. Iosuam filium Perachiae, prout est in Mass. Abos. H.I. Sed quām vana hēc ejus sit responsio, ex paulo ante dicitis, ubi evicimus Talmudicum Iesum, esse Iesum quem Christiani colunt ac adorant, ad oculum patet, Imò sibi ipsi est contrarius; hic negat Salvatorem nostrum tempore Iosuæ filii Perachiae floruisse, ad locum verò Danielis IX. 24. Num. 332. fol. m. 181. quò nos remittit, assérerit, eundem diebus Iosuæ filii Perachiae vixisse, scribens:

וגם מפorsch בפרק ח' לתק' שהנזרו הוּא בימי ר' יהושע בן פרורה, ונולד שנה ד' לימי המלך הנקרא אלכסנדרוס רבנו:clarum quoque est ex Capite Chelek Iesum Nazarenum fuisse diebus Iosuæ filii Perachiae, & natum esse anno quartò Regis Jannei, qui vocatus fuit Alexander, ducentis quinquaginta duobus annis post adificationem templi, & ter millesimo sexentesimo decimo quinto anno à creatione. Cætera adducere angustia pagellarum prohibet, cùm sint prolixiora.

§. XIV. Satis, nisi fallor, sententiam nostram stabilivimus, atque à variis dissentientium vindicavimus exceptiōnibus; nunc paucis examinanda nobis veniunt Argumenta Judæorum, quæ contrarium svadere videntur. Primò provocant ad Iosuam filium Nun, quem autorem hujus Eulogia fuisse contendunt. Hic videns cultum Idololatricum incolarum terræ Canaan, qui relictò verò Deo, varia sibi erexerant idola, homines loco Dei coluerant, solem, lunam,

D stellas,

stellas, omnemq; exercitum coeli adoraverant, cōmodam.
 nactus occasionem, idolatriæ vanitatem ostensurus, corda
 populi DEI ad præceptum Domini: לא היה לך אלוהים עלי גב�;
 non sint tibi dii alii ante facies meas, Ex.
 XX. 3. tanto arctius alligaturus, ac ab idolis gentium omni-
 bus modis retracturus, preces hasce, ut illi volunt, concin-
 navit, præ singulari, quâ conspicuus erat, humilitate, sup-
 presso nomine; quod tamen inverso literarum ordine in
 ipsâ precatione, in principiis versuum, indigitari censem,
 v. c. in verbis ipse Deus noster, habes הִוא אֱלֹהֵינוּ; in
 : וְנוּס incurvamus nos, occurrit יְ; in
 : quod non fecerit nos, observandum יְ; in
 : עלינוּ nostrum est laudare, latet יְ; literæ hæ compositæ
 exprimunt nomen Josua. Ita R. Salomon Zevi in
 Theriaca Jud. Cap. V. §. IV. fol. m. 292. ipse, inquit, Josua
 hanc precatiunculam contra Cananeos composuit, qui idola colebant, ac coram vanitate & inanitate se incurvabant, aliquot
 ante Christum natum annorum millibus. Autor. Comment. ad
 Libr. precum ad h. l. fol. m. 37. 38. יְהוָשׁוּעַ בֶן יְהוָשָׁעַ כָּשָׂנְכָנָס וְשָׁוָאָל לְאָרֶץ וְכָבְשָׁו כָּרְכָמָס
 יְהוָשָׁעַ וְיְהוָשָׁעַ וְיְהוָשָׁעַ עֲצֵבִי הַנּוּם מְשֻׁחָר וְיוֹאָמָס
 וְיְהוָשָׁעַ וְיְהוָשָׁעַ וְיְהוָשָׁעַ שְׁטוּ לְמִפְרָע בְּרָאֵשִׁי חַרְרוֹת
 מְרוּב עֲנוּה שְׁרוֹתָה כָּו שְׁלוֹא בֵּין חֶלֶל שְׁהָוָה וְסָרָה עַלְעַנְיָה:
 preces hasce composuit *Josua filius Nun*, postquam Israëlitæ terram
 Canaan ingressi essent, & sibi subiecissent urbes & fortalitiae. Vident
 itaq; Josua idola gentium esse manuum huminorum opus, preca-
 tionem hanc laudis fundavit. Consignavit nomen suum, præ nimia,
 quâ præditus erat, humilitate, in principiis versuum inverso lite-
 rarum ordine, ne omnibus, quod eam conceperet, perspicuum esset.
 R. Hirz in suo fol. m. 91. Col. I. יְהוָשָׁעַ מְשָׁרֵךְ פָּרוֹשׁ של עַלְעַט כָּשָׂנְכָנָס
 איש האלקי וסרו כשנכנס לארץ יש�ל הקורשה ראת
 בְּנֵי תְּקֵנָה הַגִּיא הַכְּלָל הַמְּרָחָם וְאַלְלָיה הַתּוֹנוֹת
 הוּא

27

חִירָה וּוֹשֵׁעַ עֲנוֹ וַיְסַד עַלְתוֹ לְשֻׁבָּח בְּשֶׁמֶוּ הוֹשֵׁעַ וּלְמִפְרַעַן
רוֹתָה אֱלֹהִינוּ וְאַנְחָנוּ כּוּרְשִׁיבָת שְׁלָא שְׁבָת עַלְתוֹ לְשֻׁבָּח:

Josua minister Moysis Viri Dei composuit preces has; nam ingressus terram Israël sanctam, vidi statuta gentium esse vana, earumq[ue] idola inania. — — — Josua humilis fuit, & composuit Evlogiam Alenu leschabeach, nomine suo Josua adjecto, quod inverso literarum ordine, ha referunt voces, רֹתָה וְאַנְחָנוּ שְׁלָא:

לְלִינוּ: Præter hos alias citat Wagenseil. in Confut. Carminis R. Lipmann fol. m. 221. & seq. Et Wolf. in Animad. ad The-triac. Judaic. fol. m. 310. 311. Hæc si vera essent, funditus sub-rueretur & corrueret nostri ædificii structura. Ut igitur illa salva ac inconcusſa contra hunc arietem conservetur, illi murum hunc aheneum opponimus, solidò argumento probari non posse, Josuam hæc concepisse preces. Nomen Josuæ ordine retrogrado literarum contineri in iis, merum est figmentum judaicum. Et hæc insulsa ratio, non tam contra nos, quam nos trahit adversarios, quoniam pri-mam literam nominis Josuæ eruere inde nequeunt. Nu-spiam, in sacris literis Josua Ben Nun, יְהוֹשָׁעַ, sed יְהוֹשָׁעַ appellatur; & stante hæc hypothesi, meliori jure hæc oratio Prophetæ Osee uni ex duodecim Prophetis, cuius nomini hæ literæ יְהוֹשָׁעַ exactè respondent, vindicaretur. Et si ea tantam spirat antiquitatem, cur ante & post natum Christum ad mille, ducentos & quod excurrit, annos, nemo illam neque Judæ-orum neque Christianorum, si bene memini, nec Talmud ipsum, in quo etiam minutissima quæque ad antiquitatem judaicam spectantia, ac in quibus Judæi gloriari solent, re-censentur, Josuæ adscribit; cum tamen recentiorum pre-cum בְּרִכְתָּת הַמִּנִּים & שְׁמַנָּה autores, longè mi-noris authoritatis Josuæ, in eo laudentur. Notabilis occurrit locus in Mass. Bava Bastra, fol. m. XIV. Col. II. in fine,

D 2

ubi



זהושע כהב ספרו ושמוננה פטוקים שבתורה. ubi de Josua: Josua scripsit librum suum, & octo versus legis, scil. postremos illos Pentateuchi, qui mortem & sepulturam Mosis narrant, Deut. XXXIII. 5. Ita רשות מון ומוות רשות מון מורה ערד סוף הספר: & mortuus est Moses, usq; ad finem libri. Pagina sequenti XV. queruntur, an Josua librum suum conscripserit? cum Cap. XXIV. 29. scriptum sit: & mortuus est Josua filius Nun, servus Domini; & v. 33. Eleazar filius Aaronis mortuus est; & respondent:

זהושע כהב ספריו והכתיב יומת זהושע בן נון עבר ה רדאסקה אלעור והכתיב ואלעד בן אהרון מה רדאסקה פנחס: Josua scripsit librum suum, quod verò scriptum est, & mortuus est Josua filius Nun, id compositus Eleazar; quod verò scriptum est, & Eleazar filius Aaronis mortuus est, id compositus Pinhas. Disputant quoq; utrum Josua octo versus legis scripserit, an verò Moses ipse mortem ac sepulturam suam, eaq; quæ seqvuntur, ex ore DEI dictantis, consignaverit? Si precum Alenu leschiabbeach, Josuam inventorem esse per traditionem certam tūm rescivissent, commodā de iis occasione oblatā differendi, id hic non tacuissent, sed in nunquam intermorituram ejus famam, sine dubio, paucula hac adjeccissent: hoc ברכה עלינו לשבח preces Aenu Leschiabbeach.

§. XV. Adhac modi loquendi hujus Eulogie, ex Prophetis Josuâ junioribus desumpti, firmum mihi videntur suppeditare argumentum, eam ad tempora illa referri non posse. Non jam urgebimus, verba: שרת בורעם ומשתוחות להבל וירק qui incurvant se & adorant vanitatem & inanitatem, desumpta esse ex hisce Est. XXX. 7. וריך יערו: וצריהם חברך וריך יערו: nam quod ad Egyptum; vanitas & inanitas est, quo auxiliabantur, & Esth.

& Esth. III. 2. ubi de Haman dicitur: **וְכָל־עֲבֹדִי מֶלֶךְ אֲשֶׁר בְּשֻׁעַר** חֶלְךָ כּוּרְעִים וּמְשֻׁתְּחוּתָה לְחַמֵּן: & omnes servi Regis, qui in porta Regis erant, incurvabant se, & adorabant Hamanem. Conjecturam hanc alicujus esse momenti vel exinde patet, quod Judæi Seculo V. tempore Honorii & Theodosii Imperatorum, sub praetextu festivitatis Mardochæi celebranda, in contemptum Christianæ Religionis, Christum cruci affixum, sub simulato nomine Haman, contumeliis & probris affectum, in ignem injiciebant, & comburebant, quorum malitiam ac audaciam compescuere Imperatores modò laudati per rescriptum, quod invenitur, L. Judæos quosdam 10. C. de Jud. & Cœlic. & ita sonat: *Impp. Honor. & Theodos. A.A. Anthemio Praefecto Praetorio. Iudeos quosdam festivitatis sue solemnia Aman ad pene quandam recordationem incendere, & sancte crucis ad simulatam speciem in contemptum Christianæ fidei sacrilegâ mente exurere, provinciarum Rectores prohibeant, ne locis suis fidei nostræ signum immiscent, sed ritus suos citra contemptum Christianæ legis retineant, amissuri sine dubio permissa habentur, nisi ab illicitis temperaverint.* Hæc, inquam, non urgebimus, alia enim clariora dantur loca, quæ sententiam nostram mirificè confirmant. Verba: **אֱלֹהִים אֱלֹהִים אֱלֹהִים אֱלֹהִים** & invocant Deum, qui salvare non potest, inveniuntur Eſ. XLV. 20. Autor Comm. ad fol. m. 37. Col. II. אין לומר אל אל לא יושע אף על פי עליינו: **נֹאָזְנָה** non est dicendum: **שְׁהַפְּסֹק כְּדֵם** זה הוא בישעה אלה לאל יושע: **וְיַעֲשֵׂה** invocant Deum qui salvare non potest, quamvis versus ita legatur in Eſaiā, sed, invocant eum qui salvare non potest. Verba: **וְתַחֲכֵה יְהוָה שְׁמֵךְ** נוטח שמי qui extendit cœlos, & terram fundavit, leguntur Eſ. LI. 13. **וְתַחֲכֵה יְהוָה שְׁמֵךְ** & oblivisceris Domini, factoris tui, qui expandit cœlos, & fundat terram. Verba: **וְהַלְּרִיְתָה** כְּרוֹת וּכְרוֹת: & idola exscindendo exscindantur, occurunt

30

Ef. II. 18. *וְהַלְלוּ מְלֹא קָדְשׁוֹ וְזַלְלֹפֶן idola penitus tollentur.*
 Autor Comment. ad h. l. l.cit.
 על שם והאללים כליל וחלוף וכתיב בתרויה ונשגב ה
 לביו ביום החוא והוא שאמר כאן לתקע עולם מלך *תְּנִזֵּן*
 שרי כולם כין שתסרוח רטומאתן מן העולם תחוור השכ'ה
dicitur in hac Eulogia: & idola exscindendō exscindantur, quia scriptum est: &
idola penitus tollentur, Ef. II. 18. Et mox sequitur: & exaltabitur
Dominus solus die illō, & hoc est quod hic dicitur: ut disponat
se mundus ad regnum omnipotentis, q. d. Majestas Divina, sub-
latā de mundo immundicie, ad mundum revertetur universum,
& tunc mundus erit diffusus. Verba: וכל בניبشر יקדו
& omnes homines nomen tuū invocent, deprehenduntur,
כ' אן אַחֲרָךְ עַל עַמִּים שְׁפָחָה בְּיוֹרָה לְקֹרְאָה
Zeph III. 9. tumenim convertar ad populos
labio perspicuo, ut omnes invocent nomen Domini, ut serviant
ip̄i unō humerō. Autor Comment. ad h. l. כל חלובם
שהם בשר וرم יתנו לכם רק לבב לך בשר שנאמר אן אהיך
omnes homines in mundo, qui caro sunt & sanguis,
facient cor suum, cor molle, cor carneum, prout dicitur: tum
convertiar ad populos &c. Zeph. III. 9.

לחותה אלך כל רשי הארץ: §. XVI. Verba:
ut respiquant te omnes impii terrae, inveniuntur Zach. VIII. 22.
 ובאו עמם רכום וגויים עצומים לבקש את יהוה אצטורה
& venient populi multi, & gentes numerose, ad querendum Dominum Zebaoth in Hierosolyma,
& ad deprecandum facies Domini. Autor Comment.
ad h. l. להונת אלך כל רשי הארץ על שבות וכו' עםך רב' :
dicitur in hac Eulogia, ut respiquant te omnes impii terrae, quia
dicitur: & venient populi multi, &c. Zach. VIII. 22. Verba:
 כי לך

quod tibi se incurvatum
sit omne genu, & juratura omnis lingua, vide Ela.XLV.
בְּיַד נִשְׁבָעֶךְ יִזְהָר כַּפְרֵי צְוָחָה וְכֹרֶר וְלֵא יִשְׁוֹב כִּי לְיַד
meo, justitia, verbum, quod non revocabitur, quod mihi se incurvatum sit omne genu, & juratura omnis lingua. Verba:
שלֹתְתָה שֶׁמֶן חֲלַק עַקְבָּב כִּי וַיַּזְרַע הַכְּלָל הַוְיָה יִשְׁאָל שְׁבַת
הַנְּאָרָה וְהַלְקָה non sunt isti pars Jacobi, sed
formator omnium ille, & Israel baculus hereditatis ejus, Do-
minus Zebaoth est nomen ejus. Autor Commentar. ad h. 1.
שלֹתְתָה שֶׁמֶן חֲלַק כְּהַם שְׁנָאָמָר לֹא נָאָרָה הַלְקָה יִעַכְבֵּשׂ שָׁאוֹן
לְטַהַר וְעַד כְּאָמָרָת שִׁשׁ לְהַמְּבָטְחָה וּמְסֻכָּה:
quod por-
tionem nostram non posuerit &c. quia dicitur: non sicut isti-
pars est Jacobi, &c. Jerem. X. 16. Non est nobis portio mala, sicut
gentibus, quibus sculptile est & fusile. Verba:
גּוֹרְלָתוֹ כְּכָל המונם שנאמר אתה תומך גורלי ולשָׁבָת
neḡ sortem nostram sicut omnem tumultum vel fremi-
tum earum, leguntur Psalm. XVI. 5. tu
אתה תומך גורלי: tu
Domine, es sustentans sortem meam. Autor Comment. ad
h. 1. גּוֹרְלָתוֹ כְּכָל המונם שנאמר אתה תומך גורלי ולשָׁבָת
neḡ sortem nostram si ut &c. quia dicitur:
tu es sustentans sortem meam, & non sortiem gentium. Verba:
לְרוֹאֹתָה מִחוֹה בְּתַפְאָרָת שׂוֹרֵת ut videamus i. id in decore
robur tuum, sunt desumpta ex El. LX. 7. ובית תפארתי אפָאָר
& domum gloria mea gloriosam reddam. Autor Comment.
ad h. 1. בְּלוּמָר שְׁנוֹכָה לְרוֹאֹת פָּנֵי השכינָה וּלְרוֹאֹת
q. d. ut בְּתַפְאָרָת בְּהָ שְׁכָוֹב בְּוֹ בְּרַת הַפָּאָרָת אֲפָאָר:

digni inveniamur, ad videndum facies Majestatis divinae; & ut vi-
deamus in decore templi, de quo scriptum est: domum decoris mei de-
corabit

corabo. Tandem Autor Comment. ad h.l. observat, precatiōnēm עלי' usq; ad illa verba: רגנְבָּס בְּכָבֵר regnabis cum gloria, constare centum quinquaginta duabus vocibus, secundūm numerūm: בֶן נָן filius Nun, totamque compositam esse ex Esaiā & Zephania, ita verò ille קָנְבָּה תִּבוֹת עַד המלך בכבר כמנין בֶן נָן וכמן מצא בריש ושבירח מן ואלהילוטס כלייל וחלוף עד בקומו לשׂרֵז הארץ מִן תובות וכענינה מן רְקִנְתִּי נָמֵת יְהוָה עַד כֵת וירושלים קָנְבָּה תִּבוֹת כִּי מִן בְּפָרְשִׁׁית וְלֹא הַסְדָה: in hāc Eulogia centum quinquaginta due sunt vōces, usque ad illa verba: regnabis cum gloria, secundūm numerūm: filius Nun. Et sic invenies in principio Esaiæ, Cap. II. ab illis verbis: & idola penitus tollentur, v. 18; usq; ad illa: quando surget ad terendum terram v. 19. quadraginta quinq; vōces. Et in Zephania, ab illis: quare, expectate me dictum Domini, Cap. III, v. 8. usq; ad illa: filia Hierosolymæ, v. 14. centum & septem vōces; ecco 152. vōces; Nam ex duabus istis sectionibus composita est hec oratio. Jam autem inter Josuam, Esaiam & Zephaniam, ad minimum septingenti intercedunt anni; quia Josua, secundūm calculum R. David Ganz, in Zemach David, vixit Anno bis millesimō, quadringentesimō, octogesimo nono, fol. m. 16. Esaias ter millesimo, centesimo, quadragesimō, fol. m. 39. Zephania ter millesimo, ducentesimo, octogesimo anno, fol. m. 45. Autor ergo hujus precatiuncula ex Esaiā & Zephania collecta, etiam ex mente Judæorum, Josua esse non potest, eā septingentis annis antiquior extens.

§. XVII. Quō ipso dubium quoque illud solvitur, partem hanc Evlogiæ על בֶן נָקוֹה לְךָ אֱלֹהָנוּ: propterea in te speramus Domine Deus noster, usque ad finem, à recen-tiori

33

teriori quadam manu additam, cum priori non
confundendam quoad antiquitatem, quod tamen à nobis
factum. Iudæorum, contra quos uel Ἀρωτοί, hic dispu-
tamus, placita si sequamur, salva adhuc res est. Dicimus
modò Evlogiam hanc, centum quinquaginta duabus consta-
re vocibus, usq; ad illa verba: regnabis cum gloria, secundum nu-
merum filius Nun; Eadem inculcat R. Hirz in suo
ירושע יסר fol. m. 91. Col. 1. Edit. Berolin. 1703.

כב תיבות מן עליינו עד המלך בכבוד כמנין בן נון כלהמן בן
יוסי ינ וחותר ו בן נון טרה בן נון תיבות רוחינו כבב:
posuit centum quinquaginta duas voces ab Alenu, usq; ad illa:
regnabis cum gloria, secundum numerum, בן נון בן נון filius Nun;
q. d. filius Nun, (in voce נן litera ו deeſt) fundavit prectionem
hanc, voces נן ב, id est, centum quinquaginta duas habentem.
Jam autem usq; ad illa verba Evlogia: אין עוז voices tan-
tum LXXIII. numerantur, exceptis illis כורעים &c.
Qui hæc nondum sufficiunt, is ponderet quo^z in
פירוש נכה לך חור למשה libri precum ad h. l. leguntur:
שאמר למלחה שלא שם חלקנו כחכמתו וכלהמן לו שחרש
קרבנו לעברתו ובחר בנו יהוד מכבלי האומות על נון את מקומו
verbis hisce, propterea in te speramus, respicit autor hu-
jus Evlogie, ad id quod supra dixerat, quod portionem nostram
non posuerit, sicut portionem illarum, &c. q. d. quoniam Domi-
nus, qui Benedictus est, nos cultui suo applicuit, elegitque nos præ
omnibus gentibus, propterea nos speramus in salute ejus. Sed
ponamus, & ex superabundanti largiamur, verba ista cum
antecedentibus non conjungenda, tamen id, quod volumus
obtinemus, quia in illis quoq; ex El. XLV.20. & LI.13. Jerem.
X. 16. Ps. XVI. 5. quædam haustis autor hujus prectionis, quod
nobis sufficit, ad infringendam Iudæorum communem opini-
onem. Regeres: fieri potuit, ut sequentium seculorum

E.

Scripto-

Scriptores ~~de ceteris~~, in quorum manib[us] hæc Eulogiaæ erat; modos hosce loquendi tunc familiares, imitarentur, quod in scriptis Evangelistarum & Apostolorum factum esse videmus; ubi multa V. T. citantur ac laudantur loca. Ad hanc exceptionem respondemus, sine fundamento affirmari, preces hasce in manibus fuisse sanctorum Prophetarum V. T. Et nonne infirma ista collectio? fieri potuit ut Prophetæ modos hosce loquendi imitarentur, E. etiam revera ita factum. Id fieri non potuisse, vel ex solo Esa. XLV. 23. & Zephani. III. 8. 9. clarum est. Dicitur ibidem quod ex ore Salvatoris nostri exiverit hoc verbum: *michi incurvabit se omne genu, & omnis lingua jurabit.* E. ex ore Josuæ verbum hoc exire non potuit, quia tum, cum Esaias hæc vaticinatur, primum ex ore Messiae exivit. Verba illa, Sophonias, *ut omnes invocent nomen Domini*, aliunde quam ex ore DEI, cuius immediato instinctu tum prophetabat, non accepit, ut totus docet contextus. Est nobis hic res cum Judæis; illorum autem mens hæc est, non Prophetas sua verba ex oratione Alenu Leschabbeach citasse, sed contra potius phrases illius ex fontibus Prophetarum promanasse, ut paulò ante monuimus. Loca V. T. in Novo addueta, non quadrant ad propositum, quia non solum (ut de aliis modò non dicamus rationibus) extra omnem est contoversiam, V. T. novò esse antiquius, verùm etiam Scriptores sacri ex V. T. aliquid adducentes, id non dissimulant, sed aperte fatentur, dicendò, sicut scriptum est &c. quorū
neutrum hic obtinet.

as (O) as

DISPUTATIONUM ACADEMICARUM
POSTERIOR,
De
PRECIBUS JU-
DÆORUM ALENU LESCHAB-
BEACH, ET VELAM MALSCHINIM,
Quarum haec, Iustus
SERENISS. AC POTENTISS. REGIS PRUSSIÆ,
EIS INTERDICTÆ, IN ILLIS VERBA BLASPHEMÆ, RE-
DEMPTOREM NOSTRUM CONCERNENTIA, OMITTENDA,
Quam,
DIVINA FAVENTE GRATIA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO atq; EXCELSISSIMO PRINCIPÆ ac DOMINO,
DOMINO FRIDERICO
WILHELMO,
REGNI PRUSSIÆ AC ELECTORATUS
BRANDENBURGICI HÆRFDE &c. &c. &c.
CONSENSU SUPERIORUM,
IN ILLUSTRI ALBERTINA,
publicè tuebitur,
CHRISTIANUS WALTHER
S. Theol. D. & Profess. Ordinar.
RESPONDENTE
JOHANNE LUDOVICO BOYE,
Reg. Pruss.
IN AUDITORIO MAJORI.
Ad diem Augusti ANNO M DCC IV.
REGIOMONTI,
Typis FRIDERICI REUSNERI, SAC. R. MAJ. & ACADEM.
Typograph. Hæredum.

SERENISSIMO ET EXCELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DN. FRIDERICO
WILHELMO,
REGNI BORUSSICI ET ELECTO-
RATUS BRANDENBURGICI HÆREDI,
MARCHIONIBRANDENBURGICO,
SUPREMO ARAUSIÆ PRINCIPI, MAGDEBURGI,
JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, STETINI, POMERANO-
RUM, CASSUBIORUM, VANDALORUM,
ITEM IN SILESIA CROSNÆ
DUCI,
BURGGRABIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ ET CAMINI,
COMITI IN HOHENZOLLERN, MARCÆ, ET RAVENSBER-
GÆ, LINGÆ, MEURSIÆ, BUHRÆ ET LEHRDAMI, MAR-
CHIONI VERIARUM ET VLISINGÆ,
DOMINO IN RAVENSTEIN, NEC NON TERRARUM LAUENBURG
ET BUTAU, ARLAYÆ AC BREDÆ,
&c. &c. &c.

PRINCIPI AC DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO,

Dissertationem hancce in devotissimæ sub-
jectionis tesseram offert,

Regiae sua Celsitudinis,
Obseuentissimus subditus

JOHANNES LUDOVICUS BOYE

§. XVIII. Aliam, de hoc ponte dejecti, elabendi querunt rimam, dicendo, preces hasce, aliasque precum formulas, ut nunc in synagogis obseruantur, Viros synagogæ magnæ, quorum præcipuos, Haggæum, Zachariam, Malachiam & Esdram numerant, Majoribus suis ex captivitate Babylonica reducibus, nullamque ante tempora Esdræ certam formam precandi possidentibus, præscripsisse. Hanc in rem adducunt ex Mass. Berachos, fol. m. XXXIII. Col. 1, sequentia:
 אנשי כנסת הנולדה תקנו **הם** לשראָל ברכות
 ותהילות קורשוּרְזֶן: *viri synagogae magne ordinarunt Israëlitis, benedictiones & preces sanctas.* Traditioni huic innituntur R. David Ganz in Zemach David Parte I. Millen. IV. fol. m. 17. Col. I. in fine: **אֱנֹשִׁים נַסְתָּחֲדָה הַגּוֹלָה הֵם תְּקִנּוּ** *Viri synagogae magne autores extitere precum nostrarum:* in Hilk. Tephilla Ubirchas Cohanim, Cap. I. §. III. tomo I. Oper. fol. m. XXXIX. Edit. Venetæ de Anno 1550. אֵם היה רגיל מרביה כתנה ובקשה ואם היה עירל שפתייט מדבר כי יכולתו וככל עת שירצחה וכן מנין התפלות כל אחר כי יכולתו יש מתפלל עם אחת ביום ויש מתפלל פעמים הרביה והכל יהיו מתפללים נכח המקRSSת בכל מקום שיחיה וכן היה הרבה תמר ממשה: *si quis lingua sit expeditus, & in precando exercitatus, is suas supplicationes petitionesq; multiplicat; si quis verò labiis sit preputiatus, id est, minus disertus, loquitur pro facultate suâ, & quocunq; tempore id ipsi commodum est. Atq; ita numerus precum cuiusq; facultati attemperatur. Est, qui semel tantum de die precatur, est qui sepius. Omnes tamen hoc obseruant, ut precando se dirigant versus Sanctuarium, quocunq; in loco sint constituti. Atq; ita perpetuo observatum fuit à Moze usq; ad Esdram.* Et §. VI. ומפני עניין זה תקנו כל הברכות ותהליות הסורות בפי כל ישראל כי שירא עניין כל ברכה עירן *& ob hanc causam, Esdra & Syncdrium ejus, benedictio-*

ctiones & preces ordine digestas, Israëlitis omnibus prescripserunt,
ut materia cuiusj^e benedictionis cuiq^{ue}, qui ornare loqui nescit,
presto sit. Et in Hilk. קשׁ Cap.I. S. VII. ברכות אלה עם שאר
כל הברכות הערכות בפי כל ישראל עורה הסופר ובית רונו
has Evlogias, cum ceteris omnibus Evlogiis, que in ore
omnium versantur Israëlitarum, Esdra scriba, & Synedrium ejus
ordinarunt. R. Bechai in Kad Hakkemach, fol. m. 79. col. 4.
זיהיר אתה לורעת כי מימות משה רבינו עד אנשי הכנסת
הגדולה ורוחה התפללה בישראל בלתי מסוררת בתיקון שות
לכלנו שחתה כל אחד ואחריו עושה מליצה ומתפלל לעצמי בפי
ויעוטו חכמו וצחורה לשונו עד שבאו אנשי הכנסת ונדרלה
ונקנו תפילה זו של שמונה עשרה כדין שחריות תפלה מסודרת
sciendum autem tibi est, à temporibus Mo-
sis Magistrorum nostrum, usq; ad viros Synagoga magna, nullum certum
& aequalem ordinem formamq; precandi fuisse inter Israëlitas,
sed unusquisq; sibi ipsimet peculiariter conficiebat orationem pro
suā scientia, sapientia & eloquentia, eamq; orabat, donec viri Sy-
nagoga magna venerunt, & precacionem hanc octodecim Evlo-
giarum concinnarunt, ut aequalem & communem Israëlitae habe-
rent precandi formam.

§. XIX. Ad hoc dubium respondemus, si variae precum
formulae, in Synagoga Judaica, post reductionem illius ex
Babylonica captivitate natæ demum sunt; frustra Evlogiae
nostræ controversæ natales, tempora laudantur Josuæ. Pre-
cum equidem Judaicarum formulæ plurimæ neutiquam sunt
contemnendæ, ab Esdra tamen Prophetisq; compositas esse,
non adeò facilè recipimus. Id quidem illi afferunt, sed non
probant, & unde id evincent? Eiusdem, nisi fallor, hæc as-
sertio est valoris cum illa, תורה שבעל פה seu legem Ora-
lem esse traditionem Mosis à monte Sinai, quam præ-
ter legem scriptam à Deo acceptam, Moses quadraginta die-
bus, quibus Deus ipsum detinuit, ut scriptæ legis per-
fe-

festam nanciseretur explicationem, didicit, aliisque in
 manum tradidit. Sic in Pirke Abos Cap. I.
 משה קבל תורה מסינו ומסרה לו יהושע ויהושע לזקנים וקנים
 Moses legem oralem accepit de Sinai, & tradidit eam Jehoschua, Jehoschua vero
 Senioribus, Seniores Prophetis; Prophetae tradiderunt eam viris Sy-
 nagoga magna &c. Et Maimon Praefat. in fol.m.2 Col.1. in princ.
 כל המצות שנוטנו לו לשורהfol.2. Col.1. in princ. תורת
 ביטוי בפירושן נהנו שנאמר ואתנה לך ארת לוחות האבן
 והורורה הרצחה נזרך זו תורה שבכתב והמצווה זו פירושו
 וצונו לעשות את תורתה על פי המצוות והמצווה זו היא
 הנקרארת תורה שבבעל מה כל התורה כתבה משה ריבניש
 בכתב ידו קודם שמת ונתקן ספר לכל שבט ושבט וספר אחד
 נתן באיזו לעד שנאמר לך ארת ספר התורה גומן והמצאה
 שהוא פירוש התורה לא כתבה אלא צוה בה לזקנים ויהושע
 ולשאר כל ישראל שנאמר ארת כל הורבר אשר Anci מצות
 אחכמת אותו תשמרו וגוי ומפני זה נקרארת תורה
 שבבעל פרה אף על פי שליה נכתבה תורה שבבעל פרה
 למורו משה ובינו מליה בבורות רונו לשבעים
 זקנים ואלעזר ופנחס ויהושע שלשתן קבלו ממשה:
Præcepta, que Moysi tradita sunt in Sinai, ea omnia data sunt cùm expositione sua, prout dicitur, & dabo tibi tabulas lapideas, & legem & mandatum, Exod. XXIV. 12. legem, scil. legem scriptam; & mandatum, id est, expositionem ejus. Injunxit autem nobis Deus, legem observandam secundum mandatum: Mandatum autem est lex, que dicitur oralis. Totam legem manu suâ descripsit Moyses Magister noster, priusquam moreretur, & singulis tribubus librum commisi; unum depositum in area, pro testimonio, prout dicitur: accipiendo accipite librum legis hujus, & ponite eum à latere aræ fæderis Domini Dei vestri, ut si ibi contra te in testem, Deut. XXXI. 26. Mandatum autem, quod est expositio legis, non scripsit Moyses, sed præcepit eam Senioribus, & Ioseph, aliusq. omnibus Israe-

litis, prout scriptum est: omne verbum quod ego praecepero vobis, il-
lud custodietis, ut faciatis, Deut. XII, 32. & caeca de causa vocatur
lex oralis. Eamque legem oralem, quamvis non fuerit scripta, totam
in Consistorio suo docuit, Moses magister noster septuaginta Senio-
res. Eleazar, Phineas, & Josua, tres illi accepérunt eam a Mose H.I.
Inde tandem factum, sunt verba Buxtorfii in Recens. Oper.
Talmud. fol. m. 222. ut legem oralem, legi scriptae equipararent,
jura, edicta, scripta, verba Rabbinorum, Prophetarum verbis pratu-
lerint; immo Rabbinorum verba, quasi Dei verba habenda esse,
impiissimè afferuerint, & contemptum ipsorum, mortis pena vindicandum
impudentissimè statuerint. Quæ multis doctè l. cit.
probat. Quemadmodum autem infinitus traditionum cumu-
lus, quem illi sanctè venerantur, nullam meretur fidem,
μάτιν γάρ οὐλοντας Θεόν, διδάσκωντες διδάσκαλα, εἰπεὶ πατέρων,
frustra enim colunt Deum, docentes doctrinas, mandata
hominum, Matth. XV, 9. sic illa quoque compages precum, ad
viros Synagogæ magna relata, ruinoso superstructa est funda-
mento, quod sequenti, ex scriptis eorum petitò ostende-
mus argumento.

§. XX. Communis fert opinio, structuram precum
שמנה עשרה id est, octodenarum, à viris Synagogæ ere-
ctam magnæ; testimonium R. Bechai paulo ante vidimus,
illi sequentia subiectimus. Mass. Megilla fol. m. XVII. Col.
II. in medio: מארח ומשרים זקנים ובתים כמורי נכאים: תיקנו שמונה centum & viginti se-
niiores, & inter illos tot Prophete, ordinarunt eulogias octodenas
hoc ordine. Maimon in Hilk. Tephilla Ubirehas Cohanim
Cap. I. §. IV. & V. fol. m. XXXIX. Col. II. in princ. בון
שנאל ישראל בימי נבוכר נצער הרשע נתרכו בפרס וין
ושאר האומות נולחו לתוכם בנימ בארצות הנינים אותן הבנים
נתבלבלה שפתם והויה שפת כל אחד ואחד מעורבת מרישוניה
הרבה וכיון שהו מרבכ אינו יכול לדבר כל צורכו בלשון
אתם אלא בשיבוש שנאמר ובנותם חצי מרכר אשורי וגט
ואנם

ואנים מכירם לרבר וחוורות ובלשון עם ועם : ומפני זה כשותה
 אחר מהם מתפלל תקצר לשונו לשאול חפציו או להגזר שבח
 הקבָּה בְּלִשׁוֹן הַקְּרָשׁ עַד שְׁעַרְבוֹ עַמָּה לְשׁוֹנוֹת אֶחָרוֹת וְכֵן שְׁרָאָה
 עֲרוֹא וּבֵית רַינוּ כְּרֻעָמוֹ וְתַקְנוּ לְהַם שְׁמוֹנָה עָשָׂר בְּרִכות עַל הַסּוֹרִי
 postquam Israëlitæ in captivitatem abducti sunt diebus Nebucad-
 nezaris, impii illius, mixti fuerunt Persis & Græcis, caterisq; po-
 pulis, & nati ipsis sunt liberi in terrâ gentium, illorumq; liberorum
 corruptus fuit sermo, & lingua cuiusq; commixta est ex variis
 linguis, adeo ut quando quis loqui cuperet, non posset omnes suas
 necessitates proponere lingvâ unâ, nisi confusè; quemadmodum
 dicitur: & filii eorum partim loquebantur Asdodice, &c. neq;
 sciebant loqui iudaicè, sed lingvâ cuiusq; populi. Atq; hinc accidit,
 ut cum quis eorum precari cuperet, se impeditum sentiret ad pro-
 ponendum desideria sua, aut laudes divinas enarrandas lingvâ
 sanctâ, usq; quod illi misserent lingvas alias, quod quando Esdra &
 Synedrium ejus considerarunt, instituerunt octodecim benedictiones
 secundum hanc seriem. In Mass. Sota, fol. m. XL. Col. II. tradunt,
 Sacerdotem summum, solenni die expiationis benedictiones
 octo recitasse, etiam eam, qua est על העבורה super cultu
 divino, quâ intelligitur precatio, cuius initium: רצח ה אלחנן :
 ita ad h. l. רשי scribens: וְלִלְעֹבוֹרָה רַצָּח : Fædem usus est
 Rex in festo Tabernaculorum, l. cit. fol. m. XLI. Col. I. ante
 finem ברוכת שכח נזול מברך ארחות מלך מברך אותן:
 Benedictionibus iisdem, quibus Pontifex, etiam Rex benedicbat.
 Conf. Arba turim in אח' Hilkos Tephilla, Num. CXII, fol.
 m. 22, Col. III. in princ. סלע in Præcept. Affirm. XIX. Fæ
 verò tam antiquæ non sunt, cùm aliquæ harum precum
 octodenarum, ut decima, undecima, decima quarta, & deci-
 ma septima, omnino Hierosolymam desolatam & Sanctuar-
 ium destrutum supponere, sacrique cultus restitucionem
 petere videantur. Adducemus eas ex Maimon.
 יד חזקה tomo I. Oper. fol. m. 73. Col. I. & II. in gratiam eorum, qui

nobili hōc destituuntur Librō. Evlogia X. hēc est: תְּקֻעַנָּה
בְּשׁוֹפֵר גָּדוֹל לְזִוְורִתִּינָה וְשָׂא נֶסֶת לְקַבֵּץ אֶת כָּל גָּלוּתֵינוּ מִארְבָּעָה:
כְּנֶפֶת וְאָרֶץ לְאַרְצֵנוּ בָּאֵי מִקְבֵּץ גָּדוֹל עַמּוֹ וְיִשְׂרָאֵל: convoca nos
per clangorem baccine magna, ad libertatem nostram, & erige
vexillum, ut congregentur omnes captivitatis nostre, ex quatuor
angulis terrae in terram nostram: Benedictus tu sis, Domine, qui
colligis impulsos, id est, dispersos populi tui Israēl. Libri mo-
derni rituales ita habent: וְשָׂא נֶסֶת לְקַבֵּץ גָּלוּתֵינוּ וְקַבְצֵנוּ יְהֹודָה
Evlogia XI. sic concipitur: הַשְׁוֹבֵחַ כְּנֶפֶת הָאָרֶץ:
שׁוֹפְטֵינוּ כִּבְרָא שׁוֹנֵה וּוֹעֲשֵׂנוּ כִּבְרָא תָּלוֹה וְהַסְּרֵפָה
מִלְּרוֹךְ עַלְתָּן אֶתְתָּה לְבוֹךְ בְּחֶסֶד וּבְרָחוּם בְּצִוָּה וּבְמִשְׁפָט
restitue judices nostros ut in bā'i māl' ḥārah ḥōrah vī ḡārah: et consiliarios nostros ut in initio; & remove à nobis
mālestiam & suspirium, & tu solus regna super nobis, cum gratia
& misericordia, cum justitia & iudicio. Benedictus sit Dominus,
Rex amans justitiam ac iudicium.

§. XXI. Evlogia XIV. hunc habet sensum: תְּשִׁבְנָה בְּתוֹךְ
יְרוּשָׁלָם שִׁירֵךְ כָּשֵׁר דְּבָרָת וּבְנֵה אֶתְתָּה בְּנֵן עַלְמָה כְּמַהְרָה
habitā in medio Hierosolymorum urbis bā'mān bā'ayā bā'nah Yerushalām:
que madmodum te facturum locutus es; & adiſca eam struc-
tura in aeternū duraturā, ciōd in diebus nostris. Benedictus sit
Dominus, edificans Hierosolymam. Libri precum moderni ja-
wl'Yerushalām עירך ברוחם השוב hanc Evlogiam exhibit: וְיְרוּשָׁלָם
וְתְּשִׁבְנָה בְּתוֹךְ כָּשֵׁר דְּבָרָת וּבְנֵה אֶתְתָּה בְּקָרוֹב בְּמִטְבָּה בְּנֵן
ad Hierosolymam ci-
vitatem tuam cum commiseratione revertere; habitā quoque
in medio ejus, quemadmodum promisisti. Imo edifica eam quām ci-
tisimē in diebus nostris, adiſcio aeternū duratū, & thronum
David velociter in medio ejus firmum ac stabilem redde. Die
nono Mensis Ab ad hunc modum orant: נִיחַם הָ אֱלֹהֵינוּ אֶת
אֶבְלָל צִיּוֹן וְאֶת אֶבְלָל יְרוּשָׁלָם וְאֶת הָעִיר האַבְלָה וְחוֹרְבָּה
וְהַכּוֹתָה וְהַשׁׁוּמָה האַבְלָילָה מִכֶּל' בְּנֵיה וְחוֹרְבָּה מִעֲשָׂתָיו
חַפְרָה

42

דָּפְנִי נָאשָׁה עֲקָרָה שֶׁלֹּא לוֹרָה וַיְכַלְשָׂה לְזִוְונָת וּוֹרָשָׂה עֲבוּרִי
בְּסָלִיכָּת וַיְטַולֵּ אֶת עַמְקָה יְשָׁוָאֵל לְחֻרְבָּה וַיְהִרְגֵּן בְּזַוְּנוֹן חֲסִירִי
עַל יְהוּדָה עַל כִּנְצִין בְּמִרְאֵת הַבְּכָה וַיְוֹשָׁלָם קְתֻן קְוִילָה לְבִי לְבִי עַל
חַלְלָהָת מַעַן מַעַן עַל חַלְלָהָם כִּי אַתָּה חָבָשׂ הַאֲשָׁה וּבְאַשָּׁה
אַתָּה עַתָּד לְבִנְוֹתָה כְּאֹמֶר אָנָּי אֲהֹוָה לְהָנָאָסָה הַחֲמֹתָה אֲשָׁה
סְבוּב וְלִכְבּוֹד אֲהֹוָה לְהַזְכִּיחַ בָּאֵי מִנְחָה צִוְנָה וּבְנָה יְוֹשָׁלָם :

*consolare, Domine Deus noster, lugentes Zion, lugentes Jerusalem,
civitatemq; lugentem, funditus excisam, contemptam ac desolatam;
lugentem suis destitutam filius : funditus excisam ab habitaculis suis ; contemptam à gloria sua; desolatam ab habitatoribus.
Sedet ipsa velatō capite, instar mulieris sterilis, que non peperit,
quam legiones absorpsérunt, ac jure hereditariō sculptilia colentes
possident; Populumque tuum Iṣrāēl gladio percusserunt, & super-
bē sanctos excelsi trucidarunt. Hāc de causa Zion amare sicut, &
Jerusalem vocem suam elevat : cor meum, cor meum, (mōestum
est) propter confessos eorum; viscera mea, viscera mea (commo-
ventur) propter confessos ipsorum. Tu Domine eam igne exussisti,
igneque impositerum readificabis, prout dictum: & ego ero ei, di-
ctum Domini, murus igneus in circuitu, & in gloriam ero, in me-
dio ejus, Zach. II. 5. Benedictus sit Dominus, consolans Zion, adi-
cans & Jerusalem. Preces hasce die nono Mensis Ab, qui no-
stro respondet Augusto, fundunt, quia dies iste populo Ju-
daico fuit infaustus, non tantū propter utrumque templum
destructum, verū etiam propter varias alias calamitates,
quæ istō contigerunt illis die. Unde etiam jejuniis tunc affli-
gunt corpora, jejuniisque mensis Ab dicitur. Mass.,
ברשותה באב גדור על אבותינו Taanis Cap. IV. Mischna VI.
שלא יכנס הארץ וורוב הבית בראשונה ובשניה גלכלה ביתר
nonō die mensis Ab, decrevit Deus de patribus nostris, non ingressuros eos in terram
sanctam; desolatum est templum & primum & secundum; capta
est urbs Bitter; diruta Urbs sancta. Unde ex quo mensis Ab incipit,*

letitiam imminuunt. Maimon in Hilkos Taanis Cap. V. §. III.
יש שם ימים שכל ישראל מתענים בחמת מפע והזרות שאירועו בהם
- ואלו הן - ותשעה באכ חמשה ובנוסף ארבע כו נור על
ישראל במרבך שלא יוכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשנייה
ו*Quæ omnia eum in finem adduximus, ut ostenderemus*
Evlogiam hanc decimam quartam in ordine, post excidium
urbis conceptam esse, ac natam, lucemque aspexisse.

§. XXII. Sequitur Evlogia XVII. ita sonans:
בעםך ישראל ובחפלהם שעה וושׁב העבוֹרָה לְרַכּוֹר בֵּיתֶךָ וְאִישׁ
ישראל ותפליהם מורה באחבה תקבל ברכין ותהי לרצון תמייר
עבוֹרָה וישראל עפָר בָּרוּךְ אֱתָרָה הַמָּחוֹר שְׁכִינָתוּ לִזְיוֹן:
gratum acceptumq; habe, Domine Deus noster, populum tuum
Isræl, respice preces eorum. & reduc cultum illum solennem ad
adytum domus tua; ac sacrificia ignita Israëliarum precesque
eorum, citè cum amore ac benevolentia accipe; acceptus tibi sem-
per sit cultus divinus Israëliarum populi tui. Benedictus sit Domi-
*nus, qui majestatem suam divinam ad Zion reddit. Difficul-
tatem hanc ipsi Talmudistæ viderunt, inde in Mass. Berachos*
fol. m. XXVIII. Col. II, in fine, & Megilla l. cit. R. Simeonem
Gossypiarum hanc precatio:is formulam, secundum seriem
suam composuisse, coram Rabban Gamaliele in Jafne, cen-
tent, dum scribunt: תנן רבנן שמעון הנקולי הסדר שמנרה רשות
עשרה ברכוֹת פָּנָי רָבָן גַּמְלָאֵל עַל הסדר ביבנה: Traditio
Magistrorum: Simeon Gossypiarus dispositus vel ordinavit octode-
cim Evlogias, coram Rabban Gamaliele, secundum illam quā nunc
recitatur seriem, in Jafne. רשות ad ea הקנה לאחר זמן רבנן
ברובה in Jafne ordinarunt Evlogias hasce post tempus longum.
Hac Gemaristæ in Mass. Megilla fol. m. XVIII. Col. I. in
princ. ita conciliant, ut dicant, Viros Synagogæ magnæ pri-
mos esse ac manere autores precum octodenarum, oblivione
verò sepultas, à R. Simeone Gossypiaro, populo in memo-
riam de novo revocatas, ac istò, quō nunc leguntur ordine,

coram Rabban Gamaliele formatas. Sed cùm Judæi traditionum paternarum semper tenacissimi fuerint, credibile non est, hanc precationis formulam, omnium aliarum nobilissimam, quam ad minimum ter singulis diebus recitare cogebantur, docente Maitmonide in Hilkos Tephilla Ubircas Co-baniam; Cap. I. §. X. & Cap. II. §. 2. universum populum, excepto solo Simeone Gossypario, oblivioni tradidisse.

§. XXIII. Tandem illi, qui à partibus stant Judæorum, nobis objiciunt, nihil in his precibus haberi, quod non paganos propriè respiciat, qui vivis Imperatoribus aras & templo dedicabant, & morte suâ, aut violentâ extintos, solenni consecratione faciebant Deos; Qui, Jovis, Martis, Veneris, reliquorumque Numinum adulteria carminibus celebrabant, & populo exhibebant in publicis ludis. Cumque sequatur deinde, de lunæ, solis, & siderum adoratione, atque ista cum prioribus connexa sint, ratio, inquiunt, svadet existimare, nihil ad Christianos attinere illam verborum conceptionem. Desumpta est hæc objecatio ex verbis Evlogiaz, supra in prima disputatione ex codice MS. cui עץ החיַת nomen, citatae, in illo verba ita sonant: שְׁם מִשְׁתָּחוֹם לְחַבֵּל וּרְקֵן
 אלם אפר רם פורה בשר בושה סרווחה ורמן טמאין
 וטמאוּת מנאפיקס ומנאפורות מהימ בפשענות ונמקיות
 בעונם בלווי עפר רקובי רמה ותולעת ומטפללים אל אל לא
 ישיע חמה ולכנה כוכבים ומולותן וכל צבא השמים:
 qua: Wagenfeilius ita transtulit: *ipso enim incurvant se coram vanitate & inaniis, coram homine, quem cinerem, sanguinem, & fel merum esse, (vel ipsum nomen arguit) coram carne, (cujus nomen & res ipsa) pudorem, putorem, & vermes (arguant. Incurvant se coram Numinibus) utriusq; sexus, impuris, adulteris, que in peccatis suis perierunt, & in sceleribus suis fuere extincta, que consumptio, pulvis, putredo, vermes & insecta manserunt. Adorant Deum qui juvare non potest, solem, lunam, si-*

dera, planetas, omnemque exercitum cælorum. Sed jam supra monuimus, non omnia in hac Eulogia occurrentia, ad ipsam Eulogiam immediate pertinere, sed multa in ea, explicationis gratiâ, non ab ipso autore hujus orationis, sed ab alio esse addita; quod etiam cætera, quæ in eadem Eulogia codicis hujus MS. seqvuntur, docent. Legi ea possunt apud Wagenseil. in Confut. Carm. R. Lipmann, fol. m. 219. 220. His præsuppositis respondemus, non sequi: haec verba paganos propriè respiciunt, E. de Christo & Christianis intellegi non possunt. Haec enim simul stare possunt, ut de paganis, Christo & Christianis simul à Judæis accipiatur, cum non contraria sed subordinata sint. Opponunt ergo ea quæ non sunt opponenda. *Hac, et si in genere,* inquit Buxtorfius de Abbreviat. Judæor. in אֶשְׁנָה fol. m. 103. de idolis dicantur, *samen occulte in Jesum contorta sunt, quem his titulis insigniunt.* Nam פַּרְעֹה per Gematram valet 316, totidem יִשְׂרָאֵל. Hec cum intelligere animadverterent Christianos, in libris editis omiserunt.

§. XXIV. Imò ideo, quia ista de paganis idololatris dicuntur, necessariò de Christo quoque ac Christianis sunt intelligenda, quia Christum, ut supra audivimus pro *Idololatis*, qui latere erecto cultum divinum exhibuit, & Christianos pro *Idololatis*, qui præter Patrem, quem solum illi venerantur, etiam Filium & Spiritum Sanct. m, pro vero Deo agnoscunt, cultuque religiose adorationis, contra expressum, ut illi censem, mandatum Dei dicentis: אֱתָן הוּא שְׁמִי וְכֹבוֹדִי ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculpiibus, E. XLII. 8. proseqvuntur, habent. Edvardus Pocock in Notis Mischell. ad Portam Mosis, fol. m. 321. 322. ex codice MS. Laudiano, ad illa E. II. 18. & idola penitus tollentur, sequentia R. David Kimchi adducit verba: אֲפָלָם כִּי פְּסָקוּ מִקְצָרָה הָאָמָרָה הַיּוֹם שָׁעָרָה

45

שׁ בקצתַ המורח עבורי אלילים ווער וווחטו הנצרים
גס האם עבורי אלילים שהם משתחווים וועבוריים לצלם ישו
הנוצרי ואנו במוטת המשיח כלְ האלים וכורתו ער גמרא;
*quamvis in quibusdam gentibus cessaverint hodie idola, sunt ta-
men adhuc in parte orientis Idololatæ, quinetiam habendi sunt,
etiam Christiani pro Idololatris, quod incurvent se ac adorent
imaginem Jesu Nazareni, at tum diebus Messie omnia idola pe-
nitus tollentur. Et ad v. XX. ad ista: את אללי כספו ואללי הבהו:
idola argenti sui, & idola auri sui, ut MSS. docent, ita com-
mentatur: כי ער הוות בקדשה ארץ המכורה עבורי אללי
כסף זהב וכן הנצרים שעשים צלט בצורתו ישו הנוצרי
עוגן וווח ובן הנצרים שעשים צלט בצורתו שתו וערב של כסף ושל זהב:
usq. diem in quibusdam regionibus orientalibus colunt idola ar-
genti & auri, atq. ita Christiani faciunt imaginem figurâ Jesu
Nazareni, & figurâ crucis, ex argento & aurô. Maimon in
Hilk: ¶ Cap. IX. §. IV. fol. m. XXVIII. Col. I. in medio:
Christianos exprefse Idololatras vocat, scribens: אֲרוּמִים
שׁבורי עברורה זורה זוֹן ווּתְרָאֵן רָאֵן וְאֶתְּן
לפיך אָסָר לְשָׁאָת וְלְתָהָר עַמָּךְ בָּאָרֶץ שְׁאָלָה;
*Idumæi idololatæ sunt, & diem septimane primum festum agunt,
ideoq. prohibitum est cum illis negotiari in terrâ sanctâ, &c. Co-
dices nostrô antiquiores tûm excusi tûm MSS. pro
legunt: Christiani sunt idololatre. Sed per-
inde sive hoc, sive illô legatur modo; Nihil enim tritus
in scriptis Judæorum, quam Christianos nomine
אוּמִים testè notari, Vid. Buxtorf. Lexic. Talmud. pag. 30. in voce
& 228. 2229. in voce רָמִים, רָמִי, Aug. Pfeifferi
Tractatum Philolog. Antirabbinic. exhibentem versio-
nen & examen Don Isaac Abarbanelis ad Obadiam, ubi si-
mul indignissimum illud ἔγκλημα Judæorum, Christianos esse
Idumeos eosdemq. manere penas Idumeis in sacro codice denun-
ciatas, abstergit. Abarbanel ad Deut. XXVIII. 36. Abducet**

Dominus te, & Regem tuum, quem constitues super te, ad gentem, quam non novisti, tu, & patres tui, & servies ibi diis aliis, amnis עתָה יְרֵב ligno & lapidi, hunc in modum differit: בְּגָלוֹתֶה הַרוּמִים וְשִׁיעָרָה אֲתָה אֱלֹהֶם וְלֹפֶר שָׁאָמְנָתֶם נְחוֹשָׁתֶה אַחֲרֵי הַחֲרָקָן מְאמֻנָתֶה הַנְּצָרָיו וְשְׁלֹחוֹו וְתְלַזְזִיזָיו לְכָן אָמַר עַלְדָם אֲשֶׁר לֹא יְדַעַת אַחֲרֵי זָבוֹתָךְ כִּי לֹא הַוּתָה אַמְנוֹנָתֶה חַחִית קְוֹם הַחֲרָקָן אֶכְל אַחֲרֵי נְתָה נְחוֹשָׁתֶה וְאַחֲרֵי עַז וְאַמְּנָן שְׁהָמָן הַפְּסִילִים שְׁעוֹשָׂן בְּצָהוֹתֶה אֱלֹהָתֶם וּבְצָהוֹתֶה רְשָׁלוֹתֶם וּקוֹרְשִׁיָּהֶם: Veruntamen nunc scriptura de exilio sub Romano imperio Iudeorum loquitur, & quod diis eorum sint servituri: Et quoniam fides eorum innovata est post excidium Templi, de fide Iesu Nazareni, & Apostolorum & discipulorum ejus, propterea de iis dicit: quam non novisti, tu, & patres tui, quia fides hec non vixit ante destruētum templum, sed post demum orta est. Notanter autem addit, eos lignum & lapidem adoraturos, hoc ipso enim sculptilia innuit, que in forma DEI sui, & in forma Apostolorum & Sanctorum suorum facere solent Christiani. Conf. Buxtorf. Abbreviat: in עַבְדָּי fol. m. 155. in נַעֲמָן fol. m. 150. in יְמִינָה fol. m. 158.

S. XXV. Et si hæc, illi incurvant se coram vanitate & inanitate propriè paganos respiciunt, qui vivis Imperatoriis aras & templa dedicabant, & morte suâ, aut violentâ extintos, solenni consecratione faciebant Deos; Jovem, Martem, Venerem, reliquaq; venerabantur numina, cur, quælo, in uno eodemq; contextu, illa ipsa eadē verba, modò in singulari numero, de unō certō quoddam individuo, modò in plurali, de multis explicantur? In numero plurali ita, si non de uno, sed de multis sermo institueretur, suif-
sent concipienda: בְּנֵי אֹרֶת שְׁהָמָן אַפְרֵד רַם מְרַח
טְמָאִים וְסְמָאוֹתֶה כְּנָפִים וּמְנָפָות: Verbis itaq; illis: &c. &c. Idola gentium; hisce vero in numero singulari prola-
tis:

47

tis: אָמַר אֶפְרַיִם רַמְסָנִי בָּשָׂר בָּשָׂר טֹוֹחוֹת רַמְסָנִי
Salvatorem nostrum sine dubio designant. Praeuentem hic
nobis habemus Wagenseilium, qui in Excerptis Gemarae
Cap. I. Mass. Sota Num. XI. fol. m. iii. 112. ad verba:
אָמַר אֶפְרַיִם Homo, cinis, sanguis, bilis, sic amotat:
Obiter indicare oportet Iudeorum scelus, & execrandam impietatem,
qua ista, & ea, que de humani generis infirmitate hic
loci, porrò sequuntur, etiam ad Dominum Deumq. nostrum ap-
plicarunt, in oratione quam singulis diebus recitant queq. à ver-
bis עלינו לשבח incipit. Et postquam verba:
הַרְכֵל וַיַּרְקֵן אָמַר זֶם מָרָה בָּשָׂר בָּשָׂר טֹוֹחוֹת רַמְסָנִי
&c. adduxisset, sequentia subnecit: atq. ista ideo adduximus,
quia Iudeorum impietatem & blasphemias notas habere, erudi-
tis Christianis salus est. --- Verbo monemus, in iis, que Bu-
xtorfius etiam attruit, lectionem וַיַּרְקֵן quam noster codex habet,
magis quam ad sacrilegam nebulonum mentem esse Quip-
pe Iudei, superstitionis sua desertores, & ad Christianos trans-
fuge, nos docent, וַיַּרְקֵן esse Cabballisticè pro שׁ possum, quod
utraq. vox, tantundem in numeris conficiat.

§. XXVI. Primam haftenus consideravimus precatio-
nenem, nunc de secunda paucis agendum; ea vulgo à Judæis
precatio contra hereticos vocatur, & in
nostro Exemplari Amstel. Anno 1677 excuso ita legitur:
ולמלשנים אל ההי רקווד וכוכיב נגע יאכחו וכל איני
עמד מהורה יכיתו ומלכוות זווין מהורה עתק וחשבו
ומנור ותכניתם מהורה בימינו ברוך אתה ה' שומר
delatoribus vel calumniatoribus nulla sit spes, & omnes illi quasi momento pereant, & omnes ini-
mici populi tui ciò exscindantur; regnumq. superbum & arro-
gans celeriter eradiceretur, confringatur, & destruatur, & pro-
pere in diebus nostris tu nobis illos subjice. Benedictus tu Domine,

qui hostes frangis, & superbos deprimis. In margine pro-
 ponitur למשומדים apostatis. Illius formula
 in libris precum excusis, quoad nonnullas voces variat. A-
 pud Maimon: in Jad Chasaka tomo I. Oper. in ברכות התפללה וסידורן:
 למשומדים אל תחו תקוה וכל המינים כולם כרגע יאboro ומלכורות זוזו תעקר ותשבר מורה בימינו:
 ברוך אתה ה שובר רשעים ומכניע זרים: apostatis non sit spes,
 & omnes in universum heretici momentio quasi pereant, & re-
 gnum superbie eradicetur & confringatur, cito in diebus nostris.
 Benedictus tu Domine, frangens impios & humilians superbos.
 Exemplar in minori folio Venet. excusum eam sic exhibet:
 ולמשומדים אל תחו תקוה וכל האנטיקויסן כולם כרגע:
 ברוך אתה יאboro ותשבר מהורה בימי נזיר וכיו:
 & delatoribus nulla sit spes, & omnes quotquot dantur Epicurei, quasi momentio
 darent, & confringantur citio in diebus nostris. Benedictus &c.
 לכופרים אל תחו: In editione Bombergiana sic concipitur:
 תקוה וכל המינים כרגע יאboro וכל אייביך וכל
 שניאך מורה וכורתו ומלכורות הרשעה מורה העקר ותשבר
 והכל והכינעם מהורה בימי נזיר abnegantibus
 religionem non sit spes, & omnes heretici, omnes δὲ delatores qua-
 si momento pereant. Et cuncti hostes tui, cuncti ὄφεις tui, citio
 exscindantur, & regnum impietatis citio eradicetur, & confrin-
 gatur, & consumatur; & humilia eos citio in diebus nostris. Be-
 nedictus &c. Denique R. Menasse Ben Israel in libro pre-
 cum Judaeorum Hispanorum eandem sic repräsentavit:
 ולמשומדים אל תחו תקוה וכל הויסים כרגע יאboro וכל אייביך
 וכל שניאך מורה יכורתו וכל עשה רשותה מורה העקר ותשבר
 והכל והכינעם מהורה בימי נזיר ברוך אתה ה אובד אייביך:
 & delatoribus non sit spes, & omnes superbi momento
 quasi pereant; & omnes hostes tui, & omnes ὄφεις tui citio ex-
 scindantur: & omnes facientes impietatem celeriter eradicentur,
 ε

& confingas, & consumas eos, & humilias eos citò in diebus nostris. Benedictus tu Domine, perdens hostes, & humilians superbos.

§. XXVII. Preces hasce Samuel parvus in præsentia Rabban Gamalielis in Jafne conscripsit, uti est in Mass. Berachos fol. m. 28. Col II. in fine :
 תנ רבן שמעון הפקולוי הסדריר שmonoña עשרה ברכות לפני רבן גמליאל על הסדר ברכנה אמר להם ג' לחייבת נלכט יש אומ שירע לתיקן ברכות הצורקים עמר שטואל ותקנו tradiderunt Magistri nostri, Simeon Gossypiarus dispositus octodecim Eulogias, coram Rabban Gamaliele, secundum ordinem, in Jafne. Dixit Rabban Gamaliel sapientibus, estne ex vobis aliquis, qui novit concinnare precationem contra Sadduceos. Surrexit Samuel parvus eamque concinnavit. R. Ascher pro legit, ut Altingius in Schilo lib. IV. Cap. XXVI, Tom. V. Oper. fol. m. 106. observat: המנייס hereticos. Ita etiam legit in suo Exemplari Bartoloccii, qui hunc locum translutit, tomo III. Bibl. M. Rabbin. fol. m. 320. ubi המנייס: qui novit concinnare precationem contra hereticos. Orationem hanc Samuelis Parvi, Rabban Gamaliel cum Synedrio sui temporis confirmavit, eamque auctoritate publica Evlogiis octodenis inseruit, docente Maimon. in Hilk. Teph. Ubircas Cohanim, Cap. II. §. I. hisce verbis: במי רבן לשוב מחרוי השם וכון שרה שוו זרולא גמליאל רבו המנייס בישראלי וזה מצידות לישראלי ומסוין אתן לשוב מחרוי השם וכון שרה שוו זרולא מכל צרכי בני אומ עמר הויה ובירח ויט ווחקון ברכנן אחרות שתויהן כהן שאלה מלפני השם לאבר המנייס וקבע אותה בתפילה כו שתויהן ערוכתן בפי הכל נמצאו כל הברכות שבhaftולין תשע עשרך ברכות: in diebus Rabban Gamalielis multiplicati fuerunt heretici in Israël. & angustiā affecerunt Israelem, eosque seduxerunt, ut avertentur à sequendo Dominum. Postquam igitur obseruavit, hoc potissimum

potissimum esse eorum que homini sunt necessaria, constitit ipse cum Synedrio sui temporis, & concinnavit preicationem aliam, in qua foret petitio corum Domino instituenda, ut perdat hereticos, Hanc autem statua formula precum inseruit, quò ordinatè disposita esset in ore omnium. Reperiuntur ergo preicationes istius orationis numero novendecim.

§. XXVIII. Quis vero ille sit Rabban Gamaliel in cuius diebus hæc precatio à Samuele exiguë est concinnata, sub judice lis est. Doctissimus Anglus Lichtfootus in Hor. Ebr. in Evangel. Matthæi Cap. VI. v. 9. fol. m. 300. Col. II. Gamaliel Seniorem Pauli Præceptorem, à Luca memoratum in Actis, Cap. V. 34. XXII. 3. hic intelligendum esse contendit. Rabban iste Gamaliel, inquit, de quo hæc agitur, fuit Pauli Magister, nam tametsi Rabban Gamaliel (qui Jafnenis vulgo vocatus est) fuerit nepos Gamalielis Præceptoris Pauli, atque hæc res memoretur acta in Jafne, Pauli tamen Magister in Jafne etiam egit, atque hunc eum esse, de quo est historia, quæ sub manibus, satis ex hoc patet, quod res ei sit cum Samuele parvo, qui certè obiit ante excidium urbis. Eandem tueruntur sententiam Altingius in Schilo Lib. IV. Cap. XXVI. & XXVII. fol. m. 106. 107. Guisius in Notis ad Cap. IV. Misch. III. Berachos fol. m. 7. Bartoloccius in Bibl. M. Rabb. tomo I. fol. m. 730. & seqq. Hi & alii, seqvuntur R. David Gantz, qui in Zemach David ad Ann. 3785. fol. m. 25. Col. II. in fine scribit, Synedrium quadraginta annis ante excidium Hierosolymitanum Jafnen concessisse, & ibidem coram Rabban Gamaliel Seniore compositam esse preicationem adversus hereticos à Samuele parvo, verba ejus ita sonant : סנהדרון נלחן מירושלים לבננה ארבעים שנה קורט חורבן והכירין בשנת תשפ"ה ושב תקע שמואל ברכת המינים לפני ר' הוזן כראיה בפק רסנהדרון Sanhedrin fuit captivum abductum Hierosolymam quadraginta annis ante destructionem Templi, anno 785. atque ibi concin-

52

concinnavit Samuel precationem adversus hereticos, coram Rabban Gamaliel Seniore, uti extat Cap. I. Sanhedrin. Verissima hæc autor esse censet, cum tamen maximè sint controversia, & in Talmude, quod pro se citat, nec vola nec vestigium hæc de re deprehendatur. Id quidem dicit Talmud, quod Synedrium ex Liskath Hagazith quadraginta annis ante excidium Templi secundi in tabernas migraverit, Sanhedrin fol. m. 41. Col. I. in fine: **ארבעים שנה קורם וזרקם בבית נלוהן:** quadraginta annis ante excidium Templi migravit Synedrium, & sedes ei fuit in Tabernis. Schabbas fol. m. XV. Col. I. in fine: **ארבעים שנה עיר שלין:** חרב הבית נלוהן לה סנחוין ושבהן לה בנהוין: quadraginta annis, antequam Templum excisum est, migravit Synedrium & sedes sibi pesuit in tabernis, quæ totidem repetuntur verbis in Mass. י fol. m. 8. Col. II. in fine ferè. Quod autem 40. annis ante deletum Templum Jafnen fuerit translatum, nuspianum legitur. Ceterum quantum ad migrationem Synedrii, sunt verba Seldeni lib. II. de Syned. Cap. XV. §. VIII. fol. m. 384. expendentis verba autoris Zemach David, *tum in Jaben, annis scil. 40. ante excidium templi, nej. loco memorab, nec alibi quicquam mihi haecenus compertum, quo satis innitatur illud Ganzii.* Et pag. 385, loquitur Ganzius quasi tunc temporis (*id est ante excidium templi*) migrasset Synedrium M. ex Hierosolymis Jabeniam, ceterum nondum ejusmodi quid apud Veteres legi, licet dubitari puto nequeat, *quin fuerit tum Synedrium etiam Jabenie urbiculum, nec interim magnum, quod haecenus non ex Hierosolymis migraverat.* Samuelem parvum coram Rabban Gamaliel precationem contra haereticos concepisse, certum est ex Mass. Berachos; eum autem Rabban Gamaliel senem fuisse male exinde colligitur. Ex Mass. Sanhedrin, fol. m. XI. Col. I. in princ. ad quem locum Ganzius l. cit. provocat, solummodo constat Samueli parvo rem fuisse

fuisse cum Rabban Gamaliel sene in negotio intercalationis, sed eundem Gamaliel Seniorem præfuisse Synedrio, ברכת המינים, jam translato Jafnen., ac coram eo compositam à Samuele parvo, hic non asseritur. Veritati nobis magis consentaneum esse videtur, Rabban Gamaliel juniorum, senioris nepotem ex filio Simeone, qui post excidium urbis in Jafne Synedrio præfuit, intelligendum hic esse. Id svadent preces שמנה עשרה octodena coram Rabban Gamaliel in Jafne, ubi quoque Samuel exiguis conscripsit compositæ, quarum aliquæ, ut paulo ante dictum, eversionem Templi & urbis supponunt. Nec absurdum dictu eundem Samuelem parvum, qui sub Gamaliel sene floruit juvenis, vixisse sub Gamaliel juniori, quia inter mortem illius, quæ anno 3810. contigit, & regimen hujus, quod in annum 3833. incidit, pauci anni intercedunt, ut ipse R. David Ganz in Zemach David annos eorum computat, qui videndus.

§. XXIX. Preces hasce dirigunt (i) contra fidei judaicæ desertores, quos מיליטינעם delatores, calumniatores, proditores vocant, quia solent malitiam Judæorum Christianis detegere; כבירים abnegantes, hereticos, quoniam legem Mosis abnegan; Apostatas, quasi perditos diablos, qui à religione judaica, sive deliberatō consiliō, sive metu mortis & persecutionis ad aliam defecerunt, ac ob desertam legem religionemque, quara maternō lacte suxerant, ejuratam, divinā gratiā omni exciderunt. Ita R. Elias Levita in Thisbi, fol. m. 25, cuius verba adscribam: אונרנו קוריין ליהורי רכמיהו ותו משומר לפי שסתם וממושט התחולו בשער השמד וקרווא להן כשמורים דל חמיין בשער השמד ואף עתורי שם מכוורות הרות ברצים נשאר לחם זה והשמד nos Judæi eum, qui desistit à religione sua vocamus. Ab eo videlicet quod homines apostata coperunt tempore persecutionis,

tionis, hinc est quod vocarunt eos, quasi dicas, permute-
tarunt legem propter persecutionum. Moderno autem tempore,
cum sua sponte, nulli adacti persecutione, à religione sua de-
sciscunt, nihilominus tamen remansit eis hoc nomen. Eodem
sensu illud exponit Targum Onkelos, illa Exod. XII. 43.
כל בָּרַךְ יִשְׂרָאֵל דְּשִׁתְמָרָה לֹא וּכְלָבֶן
nullius extraneus filius comedat ex eo,
 transferens: **כל בָּרַךְ יִשְׂרָאֵל דְּשִׁתְמָרָה לֹא וּכְלָבֶן**
omnis filius Israel qui fuerit apostata, non comedat ex eo. Et
 contra Vocabulum משומר perditus, explicant per
*qui alium se fingit, q. d. abalienatus, seu talis, qui à fide judai-
 ca alienum se facit; idemque quod משומע* esse censem, ut
qui ad locum Exod. citatum ita commentatur:
הַנְּשִׁמָּר שְׁחִיבוֹ אֲכִים בְּכָל מָקוֹם וּפְרוֹשׁוֹ מַנְכָּר וּשְׁיוֹרָה
משומר עַמְלָשׂוֹן וַיְשִׁמְרֹרֹעַ יוֹסֵף לְאַחוֹתָיו וְאַנוֹ לֹא
אַישְׁתָּמְרוּרָה וְחִסְרָה הַעַן כְּמוֹ שְׁחִילָתוֹ בְּמִלְחָמָה רַבָּה וְאַמְרָה
מָרָם בְּמָקוֹם מְרֻעָם דָּרָר קְטִיעָה בְּקַיְעָה
nomen de quo magistris nostris toties sermo est, idem ac
משומר abalienatum, aut alienum se fecit, significat, &c., si vim
vocis consideres, משומע scribi debet; ex significatione
illa: cognovit Joseph fratres suos, & ipsi non cognoverunt eum, Gen. XLII. 8. גַּם עַל enim resectum est, sicut in
aliis pluribus vocibus fieri solet, dum ut c. בְּקַיְעָה pro בְּקַיְעָה; דָּרָר קְטִיעָה pro בְּקַיְעָה;
Vestigia Nach-dicitur; legit R. Menachem in בְּלָהָה, מנהה בְּלָהָה in בְּלָהָה, cuius haec
כל בָּנְנֵר פִּי רְשִׁי שְׁנַתְנָסְרוֹ מַעֲשֵׂי לְאַבְיוֹ
שְׁבָשְׁמִים וְכֵן תְּנֵם אַונְקָלָה וְהָא הַנְּקָרָה בְּרַבְּרִי חָזָן
משומר לְעַנְוֹת קְרָגָנוֹת שְׁלָמִים וְיִתְנָכֵר וְאַשְׁתָּמְרוּרָה
חָלָה וְהַבְּלָעוּ הַעַן כְּמוֹ שְׁעַשְׂוָה בְּמִלְחָמָה רַבָּות כְּמוֹ דָרָר
קְטִיעָה; בְּנֵר per eos exponit, qui opera
sua à Patre caelesti alienarunt, quò quidem modo & Onkelos rem
redit; & talis homo à Magistris nostris f. m. משומר apostata
idolis adductus appellatur. Etiam Targum Onkelos verbum

Gen. 42. 7. per אישתמודע reddit. *Ain autem ex Magistri nostri omiserunt, more sapius iis usitato, qui idem in aliis vocibus facere solent, ut in רור קטן pro עדר.*

§. XXX. (2) Contra מינים Hæreticos, ad quorum classem Christianos quoque, & quidem præcipue, ut ante nos Buxtorf. in Synag. Jud. Cap. X. fol. m. 209. & seq. Et in Lex. Talmud. fol. m. 1201. & 2442. Selden. de Syned. Vet. Ebraeor. Cap. XV. §. VIII. fol. m. 384. Alting. in Schilo, Lib. IV. Cap. XXVI. fol. m. 106. Guis. in Annot. ad Cap. V. Mischn. V. Be-rachos, fol. m. 16. Bartoloc. tomo I. Bibl. M. Rabbinicæ, fol. m. 730. & seq: aliquique magni nominis viri monuere, rese-runt. Hinc vel metu vel jussu Christianorum, in exemplaribus recentioribus voce מינים expunctata, alias ne bilem illis moverent, in locum ejus substituere, ut paulo ante vidi-mus. Et quid frequentius in scriptis Judæorum, quam ut infami hoc nomine Christianos proscindant? Nonne illi, ex Gen. I. 26. faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & Cap. XI. 7. descendamus & confundamus labium eorum, plu-ralitatem personarum in divina essentia colligentes, מינים hæretici audiunt in Mass. Sanhedrin, fol. m. XXXVIII. Col. II. in medio: אבל ר' יוחנן כל מקום שפקרו המינים השובחן בצד נישר אומץ בצלמו ואומר ויברכו אלהים את האות בצלמו חבה נורוז ונבלת שם שפחים את הראות וירד ה' להאות אהת העור ונתם: dixit R. Juchanan, quem unq. versum heretici corruptelis suis obtendunt, is respon-sionem adjunctam habet. Objiciunt: faciamus hominem ad ima-ginem nostram; & mox sequitur: creavitq. Deus hominem ad imaginem suam. Objuicunt: age descendamus & confundamus ibi labium eorum; & statim additur: & descendit Dominus ad videndum civitatem. Maimon in libro de Poenit. Cap. III. §. VII. recensens quinque species hæreticorum, tacite Christianos, Deum in carne apparuisse, I. Tim. III. 16. ac Jesum Christum

Christum Mediatorem inter Deum ac homines esse, I. Tim. II. 5
 credentes, iis hisce annumerat verbis
 מינס האומר שאין שם אלה ואין לעלם מנהיג והאומר
 שיש שם מנהיג אבל הן שנס או יותר והאומר שיש שם
 רבנן אדר אבל שהו נפ ובעל תומנה וכן האומר
 שאין לבורו הראשון וזהו לכל וכובע הרשבר אלה ולתנו
 כדי להיות מלץ בינו ובין רבנן העורומים כל אדר מהם אלה
hec quinq; genera hominum vocantur heretici; qui in cælis Deum esse, mundumq; gubernatorem habere negat; qui in cælis gubernatorem quidem mundi, sed duos aut plures tales conjectur; qui in cælis unum Dominum, sed talem, qui corpore & imagine est prædictus, agnoscit; ad hanc classem quoq; pertinet, qui Deum solum primum, ac petram omnium creaturarum esse negat; similiter qui Numen, præter unum illud ens, colit, ut ad vocatus sit inter se & Dominum hujus & futuri seculi; quilibet ex hoc ordine, pro heretico est habendus. In margine, ad vocem מינס, nostri exemplaris, sequentia notatu digna leguntur:

רשי כתב המינס תלמידיו ישו והנוצרי אשר הפסכו: R. Salomon Jarchi scribit, discipuli Jesu Nazarani heretici sunt, qui in malum perverterunt verba Dei vivi. Sine dubio Raschi ita commentatus est ad verba ista: *אכל* מינס *sed heretici &c.* Rosch Haschana Cap. I. fol. m 17. Col. I. ante medium. Verum in nostro Exemplari Amstel. excuso, verba ista: *ישו הנוצרי* omittuntur & locus integer ira sonat: *הmins תלמידים אשר הפסכו דבריו אליהם* *heretici sunt discipuli, qui verba DEI viventis commutaran in malum.* Sed locum hunc metu Christianorum esse castratum, ac Raschi ita verè & non aliter scripsisse, ac genuinam istam esse lectionem, locus modò adductus, ac à Judæis ipsis notatus, satis superq; svadet. Id interim observandum, in Editionibus aliis Venetis, in minori folio impressis, verba Maimon modò citata longè aliter sonare,

vocem hæretici sublatam, ac ad Judæos Apostatas restringi.
 חמשה הן מישראל ובקראים יוצאים מן הורף האומר
 שאין שם אלוהך ואין לעולם מנהיג והוא אומר שיש שם מנהיג
 אבל הן אלוחות רבות והאומר שיש שם רבון אחר אבל
 שחוות כוכב או מולך וכן האומר שאינו לבבו וראשון
 וזר לבר ובן העבר כוכב או מולך זולתו כדי להוות
 מלץ בין ובין רבון חלופים כל אחר מהמשה אלוה הוות
 hoc quinque genera Israëlitarum desertores
 legis divinae vocantur; qui dicit: non est in celis Deus, mundusque
 rectore caret; qui dicit, est ibi gubernator, sed multi dantur dii;
 qui dicit, unus est ibi Dominus, sed is est stella aut planetæ; simili-
 ter qui dicit, Deus solus primus non est, petraque, omnium; pariter
 quoque qui stellam aut planetam præter Deum colit, ut sit advo-
 catus inter se & Dominum seculorum. Quilibet ex quinque istis
 ordinibus, desertor est legis. R. David Kimchi ad Cap. VII.
 14. Esaiæ hunc in modum commentatur:
 בואר הפרש המכואר בספר הבירוז שוחרר אallowed בתשובה
 מההוריקט: quomodo respondendum sit dissentientibus in hac
 sectione, explicatum est in libro Haberis, i.e. fæderis, quem com-
 posuit Dominus meus parens, f. m. ad respondendum dissentienti-
 bus. Ita communiter exemplaria typis excusa, sed in codi-
 cibus MSS. illa sic leguntur: quomodo respondendum sit
 hereticis in hac sectione, --- --- --- quem composuit Dominus
 meus parens, ad respondendum **המינים** hereticis, vide Edvardi
 Pocock not. Mifcell. ad Portam Mosis, fol. m. 323. 324. Wul-
 ferus in suis Animadvers. ad Cap. III. §. XVI. fol. m. 205.
 Theri. Jud. ex Maimon. Hilk Abod. Sara Cap. X. codice MS.
 Dilherriano sequentia adducit verba:
 מסרו ושראַל
 והמין והאפקורוסן מצה לה לאבבו בידו ולהרשו עד לבאר
 שחרת מפני שהם מציין לישראל ומסירין את העם מאחריו
 ה כיווש הניצרי ותלמיוי צורק ובירות ותלמיותם ושם
 proditores Israelis, & hereticos, & Epicureos,
 jusſe

*jus si sumus, manu nostrâ trucidare, & ad inferos usq; persequi,
quia Isrælem affligunt, populumq; seducunt, ut Iesus Nazaræ-
nus cum discipulis suis, & Zadocus, ac Bajethus, cum asseclis eo-
rum. Nomen autem impiorum horum putrefacat. Gemina his
occurunt in R. Lipmanni Carmine memoriali. fol. m. 109.
& 113. & ejus Nizzachon; in Autore Nizzachon veteris, pag.
s. ad verba, faciamus hominem. pag. 17. ad illa: & Dominus
plut super Sodomam & Gomorrhām, &c. pag. 48. ad ista: orie-
tur stella ex Jacob. pag. 49. ad verba: Prophetam è medio tuo,
&c. pag. 70. ad Jerem. XXXI. 31. & pangam cum domo Israëlis,
&c. pag. 83. ad verba Es. ecce virgo concipiet. &c. Sufficiant ha-
ctenus allata testimonia luce meridianâ clariora, quæ satis
superque docent, Christianos Judæis esse hæreticos, & per
consequens ברכת המינים contra eos in specie conceptam,
quod etiam rotundè ipse ל' in Alphasiū Cap. IV. Ber-
achos Edit. Sabionettensis fatetur, scribens: ביכנרה רקנורה
לאחר זן מוכחה קרוב לרבותו של אותו איש שלימוד
דבורי להפוך in Jafne precatio contra hereticos
composita est, longò post tempore, circa educationem Iesu Nazar-
ani, qui verba Dei viventis nefariè pervertere docuit.*

S. XXXI. Consentientem in eo nobis habemus Hiero-
nymum, qui ad Cap. V. v. 18. Esaiæ, tomo IV. Oper. fol. m. 20.
Col. II. ita commentatur: dicuntur hac ad principes Judeorum,
quod provocati à Domino ad pænitentiam, & postea ab Apo-
stolis ejus, usq; hodie, perseverent in blasphemis, & ter per singulas
dies in omnibus Synagogis, sub nomine Nazarenorum anathemati-
zent vocabulum Chryſtianum. Epiphanius hæc non tam de
Christianis, quam Nazaræis, qui Filium Dei confitebantur esse
Chryſtum, omnia tamen veteris legis obſeruabant, que Christiani
per Apostolicam traditionem, non obſeruare carnaliter, sed ſpiri-
tualiter intelligere didicerant, ut loquitur Augustinus in libro
de Hæref. ad Quod vult Deum, Hærefi IX. tomo VI. Oper.
fol.

fol. m. 15. intellexit, Hæresi XXIX. Contra Nazaræos, §. IX.
 fol. m. 124. tom. I. Oper. Facile isti, inquit, refelli convinci pos-
 sunt, ac Judei potius quam cuiusvis alterius generis sunt, tametsi
 Judeis sint inimicissimi. Neg. enim Judeorum posteri solum capi-
 tali illos odio prosequuntur, sed & mane, a meridie & ad vespe-
 ram, & eis tñs hñmægæs öte ïuχæs ðmætælæsæn èr rauis awædøi svayaw-
 yæs, & parwælyæ dñræs, qdñ dñva ñeuañlæsæn, Þâkornæs, ön ðmætæ-
 eçæs ö ðæc ðæc Nazaræos, ter de die, cum in Synagogis suis ad
 orandum conveniunt, diris illos devovent, ac solenzi impreca-
 tione proscribunt. Ac Nazaræos, inquiunt, Deus exercetur. In
 hos enim offensore ac acerbiore sunt animo, quod cum è Judeorum
 numero sint, nihilominus Jesum esse Christum prædicent, quod iis,
 qui Judeorum adhuc ceremonias colunt, imprimis est contrarium,
 qui Christum videlicet repudiant. De Nazaræis, Mineis, cui
 voci nomen מִנְיָם hæreticorum, Judæis vernaculum, re-
 spondet, Hieronymus quoq; egit in Epistola quadam ad
 Augustinum, quæ in Mariani Victorii Reatini Editione, Ant-
 verpiæ Anno 1579. typis excusa, in ordine est LXXXIX, to-
 mo III. Oper. fol. m. 317. Et inter Augustini Epistolas XI. est,
 tomo II. Oper. fol. m. 52. in medio: Usq; hodie, inquit, per totas
 Orientis Synagogas inter Judeos heresis est, quæ dicitur Mineorum,
 & à Phariseis nunc usq; damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncu-
 pant, qui credunt in Christum Filium Dei natum de Virgine Maria,
 & cum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est, & resurrexit, in
 quem & nos credimus. Sed dum volunt & Judæi esse & Christiani,
 nec Judæi sunt nec Christiani. Erant igitur מִנְיָם Judæis, qui
 origine & professione Judæi in Christum credebant, sed
 postea omnibus Christianis promiscuè id nominis tributum
 est. Nec est quod quis dicat, per מִנְיָם hæreticos, Epicuræos
 & Sadducæos hic notari, inde posse colligi, quod formula
 hujus Orationis בְּרָכַת רַאֲפִיקָרָוָס precatio contra Epicuræos,
 בְּרָכַת צְרוּקִים precatio contra Sadducæos à Judæis vulgo voce-
 tur,

59

tur; Christianos autem neq; Epicuræorum, neq; Sadducæorum nomen mereri. Iis ergo nomen **מִנִּים** immerito hic applicatur. Hoc, inquam, non est, quod quis obvertat. Si enim **מִנִּים** hæretici Sadducæi sunt & Epicurei propter adductam rationem, simili modò Christiani hæretici erunt, quia haec precatio etiam in Talmude **precatio contra hereticos** (pro ברכת הצדוקים legum olim supra observavimus) appellatur, & Christiani communihærefoes nomine à Judæis traducuntur. Adhæc hic Sadducæos esse ac Epicuræos ultrò & libenter confitemur; eos verò solos, exclusis Christianis intelligi, id est quod constanter negamus. Evidem nos non fugit **מִנִּים** hæreticos, Epicureis, & hos illis subinde contradistingvi, quâ de re notabilis occurrit locus apud Maimon. in Hilkoſ Theschuba, Cap. III. §. VII. & VIII. fol. m. 31. Col. II. in medio tomo I. Veruntamen aliquando & quidem in Talmude voces **מִנִּים** & **אַפִּיקוֹרֶזְן** permutantur, sic ut hanc per illam explicitent Christianos indifferenter modò **hereticos**, modò **Epicureos** nominando. In Sanhedrin fol. m. XXXVIII. Col. II. Christiani **אַפִּיקוֹרֶזְן** **Epicurei**, mox **מִנִּים** hæretici salutantur. Elias Levita in Thisbi in voce **פָּקָר** fol. m. 177

פָּקָר כָּל שָׁכֵן וְפָקָר טַפִּי וְכֵן פָּקָר **חֲמִינִים** לשון מינוֹת הוא והעקר שהוא נלקח מן אפיקורוס כי אפיקורוס הוּא אנוש שלא היהבעל רה והנמשכים אחריו נקראים אפיקורוס; *in Talmude dicunt, quanù magis presumit, &c.* item, presumunt heretici. Vocabulum hoc heresin significat, & origo ejus desumpta est à voce **אַפִּיקוֹרֶזְן**. Nam Epicurus vir fuit, qui vixit sine lege, quem qui secuti fuerunt, Epicurei fuerunt appellari. R. Lipmann Carmen suum Memoriale, in quo Christianos acriter perstringit, fol. m. 107. sic orditur: מה אשבי לאפיקורוס הבא להאכזר ולחרום תורה שומר אומניות; ecquid respondebo Epicurao, qui adventat ad perdendum & destru-

I endum,



אכן תשובה endum, legem sacrosanctam fidelium? mox addit: רמנים sed enim parata est hereticis responso. Ad quæ Wagenseilius in Confutatione hujus Carminis, fol. m. 120. ita scribit: ceterum Lipmannus, per Epicuraos palam hic Christianos intelligit; nempe quia placebat vetus dictum, & ad illud voluit alludere, itaq; retinuit antiquam vocem. At vero, quod nostris temporibus Iudei, in libris qui imprimuntur, Christianos notare volentes, pro nomine נזירים Nazareni, quò verè iis significantur, verbum אפיקורוסים adhibent, id sit ut fucum nobis faciant, & verbā dent, quasi ea appellations, minimè omnium ad nos, sed ad sue gentis hereticos veteres, Sadduceos, & Kareos, quorum reliquia supersunt, vel eos, qui in extremis orbis plagis reperiuntur idololatras attineant. Buxtorfius in Lexico Talmudico, fol. m. 195. sepe etiam Epicurus idem est quod hereticus, nam qui negat articulos fidei, meritò dicitur hereticus. Hinc רמנים heretici, & inter se permuntantur. Sic ubi in Talmud Venetiò est ibi Talmud Basiliense habet, ut, אפיקורוסין הרמנים ad responsum contra hereticos, Bava Batra fol. 91. I. pro eo communiter dicitur. לתשובה רמנים. Vocem autem רמנים usurpare recentiores renuunt, quia innotuit abunde, eā Christianos intelligi. Alteram autem putant generaliorem esse. Hinc & illa Rabbinorum מה: הוי שקר למלוך תורה מה שחר לשניב להפיקוּרָס: אפיקורוס extraneus, id est, Christianus. hereticus Israëlitæ, qui magis est hereticus quam Christianus, quia scit, aut scire debet legem; Christianis autem nulla est lex data, ut ipse dicunt. H. I.

§. XXXII. Denique (3) per מלכות ודרן regnum superbia, Romanum Imperium significare volunt. Imperium Turcicum peculiari nomine מלכות ישמעל imperium Ismaëliticum appell-

appellant, èò quod ab Ismaële oriundi sint Turcæ. Imperium verò Romanum / מלכות אֲרֹם / מלכות רומי / מלכות עשו / imperium Idumaum; imperium Romanum; imperium Esavicum; imperium impium; imperium superbum & arrogans vocant. Ne verò injuriam ipsis facere videamur, ex scriptis eorum aliquot saltem in medium proferemus testimonia, ut candidus lector inde augurari valeat, quid per מלכות ווון regnum superbum, מלכות הרשעה regnum impium intellectum velint. Mass. Schabbas fol. m. XV. Col. I. post medium: קְפָ שָׁנָה עַד שְׁלָא חֶרְבָּה הַכִּתְבָּה פְּשָׁתָה: מלכות הרשעה על ישראל: centum octoginta annis, antequam destrueretur Sanctuarium, extendit se regnum impium super Israël. רְשֵׁי ad ea regnum impium est Roma. extendit se, id est, Romani ceperunt subjugare Israëlem. R. Abraham Seba in Zeror Hammor fol. m. 162. Col. II. אל תשחח ווון כלכלה אֲרֹם הרשעה: אשר פנו למלחה ואומרות בכל יום אויה אלהיך: memento Deus, nec obliviscere superbie impii Edomitaram regni, quod sursum respicit, & quotidie dicit: ubi est Deus tuus? R. Bechai de hac precatiuncula in Kad Hakkemach fol. m. LXXX. Col. I. sic scribit: בְּרִכְתַּת חַמִּינִית תְּקִנָּה אוֹתוֹ לְעַזְרָה מלכות הרשעה: preceptionem contra hereticos, ordinarunt in impii illius imperii excidium, h.e. in Romani Imperii, & omnium Christianorum Magistratum, qui Judæis dominantur, excidium. Et postquam verba Psalmi CXXIV. v. IV. & V. tunc aquæ submersissent nos, &c. de Christianis exposuisset, in hac tandem scribit verba: קְרָא מלכות אֲרֹם המים והוונים: Et David regnum Edomiticum, aquas superbas, quia fidei articulus apud eos est, ut aquâ baptizentur. Hunc sequitur Moses Israël Demercato Comment. in Psalmos, fol. m. 104. הנלוות הארוך הזה אמר אוֹי עבר על נפשינו המים

חויזונית כי מלכות ווארת נקראת ממשלה זוין:
& contra exilium hoc prolixum ait: tunc transiissent super animam nostram aquæ superbae, &c. quia regnum hoc, Christianorum scil. vocatur dominium superbum. Ecquid autem hoc differt à regno superbo?

§. XXXIII. Quæ in contrarium à Judæis eorumque defensoribus afferuntur, infirmò admodum nituntur tibicine. Primò dicunt se neutiquam Imperatores, Reges, ac Principes Christianos execrari, sed Judæos Romanos, pro Pontifice Romano; Germanos, Bohemos & Austriacos pro Imperatoribus Romanis, omnibusque Electoribus ac Principibus Romani imperii; Polonos pro Rege suô, & quemlibet cœtum in specie, pro Magistratu cuius imperio subest, ardentissimis Deum invocare precibus. Prolixè hâc de re egit R. Asarias in Meor Enajim, Cap. LV. Parte III. ubi inter alia, consuetudinem hanc pro Principibus orandi, ut bonam ac piam hisce laudat verbis: *וכן המנהג אשר ליחסת חזק נמצה*
בקצת הקוחיות לבך ארת שרים וכל משרותיהם
הוא כאמור מנהג תיקון למצאה בשני אלקים ואדם
confuetudo illa, que majoris roboris ergo in quibusdam conventibus hodie obtinet, ut pro Principibus suis, omnibusq; eorum ministris orient, pia certa & laudanda est constitutio,
per quam Dei hominumq; gratiam & successum promereri licet.
 Verum est, quod pro incolumitate Christiani Magistratus, preces in quibusdam conventibus, die sabbathi fiant. Germanis haec solennis est formula, quam liber noster precum fol. m. 91. Col. II. ita exhibet:
הנותן תשיעת למלכים
וממשלת לנסיכים מלכות מלכות כל עולמים
הפשח את וור עבו מחרב רעה הנותן נס ווּן
ובכמיס עווית נתבח הוא יברך וישמר ונצור וועוזו
וירומס ויגול וונשא לעלה את אדוננו חמלך
פלוני יומם הווע מלך מלכי המלכים ברוחמו ישמרו
ויחיוו

ויהיו ממלך צורך וונק ישילחו וורבר עמי תורת
 רגלו ומלך שונאו לפניו ובמלך אשר וננה נלחו מלך
 מלכי המלכים בחרומו יתן בלבו ובלב כל ועיזו ושרו
 רחמנויות לשלוחת טבריה עמו ועם כל ישראל בטעו
 ובימינו תושיע והוראה וישראל ישכן לבטח ובא לציון
 וכן רצון ונאמר אמן: *qui dat salutem Regibus,*
& imperium Principibus, ejus regnum in omnia secula durat.
Qui Davidem servum suum à noxio gladio liberavit, & per
mare viam, & per tam validas aquas semitam præbuit, is benedictus,
custodiat, servet, juvet, extollat, evehat, ac ad summum
exaltet Dominum nostrum, Regem hunc vel illum, exaltetur ma-
jestas ejus. Rex omnium Regum, pro magna misericordia sua,
custodiat eum, eruat eum ex omni angustia, & merore & damno,
eripiatur cum, subjiciat populos sub pedes ejus, precipites agat inimi-
cios ejus, in confectu ejus, & omnia cepta ejus secundet. Rex Re-
gum omnium pro magnâ misericordia sua, flectat & ejus, &
omnium consiliariorum, & principum ejus corda, ad misericor-
diam, ut bene nobis faciant, totiq; Israëli, in diebus ejus, &
diebus nostris; ut Iuda salvetur, ac Israël tranquillè habitet, & in
Zion veniat Redemptor. Ita fiat! & dicamus Amen! Quemad-
modum autem pro Magistratu Christiano orant: sic etiam
contra eundem preces suas dirigunt. Pro eo orant, ut, quam-
diu Christianorum imperio subsint, Magistratui nostro Deus
bene esse velit, quod felicitatis ejus bonorumque ii quoque
participes reddantur; Imperatores, Reges, Electores ac Prin-
cipes non crudeles sed clementes erga se experiantur, vi-
tamque tranquillam & quietam sub sceptro eorum felici,
omnibus diebus vita sua agant. Iudei proinde non tam
Magistratus Christiani, quamcomodi proprii causa, Deum
precibus suis invocant, orantes: Rex Regum flectat corda prin-
cipum ad misericordiam, ut bene nobis faciant, Iuda in diebus no-
stris salvetur, ac Israël tranquillè habitet. Contra imperium

Romanum precantur, ut durae servitutis vincula, quibus
constricti tenentur, tandem rumpantur, vires ejus sensim mi-
nuantur, sive autem indies crescent & augeantur; damna-
bilis Christianorum potestas debelletur, Respublica eorum
funditus evertatur, rerumque omnium ubivis potiti, in ser-
vitutem eos redigere possint. Hæc & non alia genuina est
causa, cur Imperii Romani tam anxiis expetant votis, cito
in diebus suis, interitum, quia firmissime credunt & nulla-
tenus dubitant, tum dies Messiae certò venturos, quibus re-
gnum Israëlitarum, cui omnes populi Regesque subjicien-
tur, ac instar servorum communium ministrabunt, in uni-
verso plantabitur mundo; religio Christiana cum Imperio
Romano & Magistratu Christiano destruetur; Deusq; vin-
dictam in omnes suos suique populi hostes exercebit.

¶ XXXIV. Ita sibi blandiuntur in libro
lib. I. Parte I. de Adventu Messiae, fol. m. 158, 159. ubi inter
decem consolationes, Judæis tempore Messiae repositas, has
quoque recensent. חמשית שערין ישראלי מלך על כל העולם כלו משפה לשפה שנאמר כי הווי והמלך
אשר לא עברון יאבו וגנו וחוורין כל העלמָת כלו על
דעת של הקב"ה לתורתו שנאמר או אהדר אל עמיד
שפחה ברורה לקרוא כלם בשם ה שושרת שעיד
הקב"ה לאבר את כל אוכיבו ועשה בהם נקמתו שנאמר
quinta consolatio est: regnum Israëlitarum super totō mundo futurum est, ab uno mari ad aliud,
prout dicitur: nam gens & regnum, que non servient tibi, peri-
bunt, &c. Et. LX. 12. Redibitq; totus mundus ad judicium Dei,
ad legem ejus, prout dicitur: tum enim convertar ad populos
labiō perspicuōs ut omnes invocent nomen Domini, &c. Zeph.
III. 9. Sexta consolatio est, quod Deus perdet omnes hostes suos,
ac de illis vindictam sumet, prout dicitur: & exercabo vindictam
meam in Edomo, &c. Ezech. XXV. 14. Abarbanel in משני הדשועה

ניבא שציב לירוב ה ויעמך לירין עתים בסוף משלחת
 רומי ואומורט הנצורים כמש' ועדוק יומין יתיב ואמר רינה
 וירוב וספירים פתיווז גוז וווח לא נתקיים עין ניבא
 שבחתה מורה שיאמינו הנצורים וחומ תחוב מלכות
 רומי רבתא וככל נבי אווטס כמו שאמר מן קל מלאה
 וברבתא זו קרנא מללא זהה לא נתקיים עין
 ניבא שנם שלטנות שאר האומות ומלכות יתבטל
 בזמנן לודועה כמו שתהבטל מלכות רומי וכמוש ושאר
 וחותא הערו שלטנון ונב זה לא נתקיים עין;
 prædictum Propheta Daniel, Deum sessurum ad litigandum, & ju-
 dicandum populos, in fine Imperii Romani, etiam gentem Christiano-
 rum, prout dicit: & antiquus dierum sedit, Cap. VII. 8. item
 v. 10. judicium sedit, & libri aperti sunt, & hoc nondum impletum
 est. Prædictum, propter peccatum religionemq; Christianorum in
 Jesum credentium, imperium magnæ Rome esse destruendum,
 & filios Edom absuendos, prout dicit: propter vocem sermonum
 grandium, quos cornu loquebatur, &c. v. 11. & hoc nondum im-
 pletum est. Prædictum, etiam dominationem aliarum gentium tem-
 pore redemptionis esse abolendam, eodem modō quo Imperium Ro-
 manum destructur, prout dicitur, & reliquis bestiis ablata est po-
 testas, &c. v. 12. & hoc nondum impletum est. Et ad Cap. LX.
 II. Esaiæ, fol. m. 88. Col. II. ita scribit: ומקומות שהאמור
 החריבו ירושלים והרסו חומותיהם עתרה והמה יכנו
 אולם ורבאו עצם וקרים לבני בית המקדש וכילב
 יהיו נכניות וטוביות לשראייל ומעשיות אורי:
 eritq; ut qui antea vastaverant Hierosolymam, ejusq; muros de-
 struxerant, nunc eos edificaturi sint, pretiosaq; ligna ad edificium
 domus Sanctuarii allaturi; omnes verò se incurvabunt, & servi-
 ent Israëlis, eosq; divites reddent. Imò unicuiq; Judæo, tem-
 pore Messia משמשין לו מאומות העולם שני אלפים
 servient ex gentibus mundi, bis
 mille

mille & octingenti servi, in Schabbas fol. m. XXXII. Col. II.
in medio. Vide: *וְיַד* ad h. I. Bartolocci Bibl. M. Rabbin. tomo I. fol. m. 508. Col. II. & 549, & seq. Et tom. III. fol. m. 377.

§. XXXV. Neque majoris momenti est quod urgent,
preces hasce adhiberi à Judæis, longè lateque in omnes ter-
rarum angulos dispersis, iis quoque in locis, ubi Christiano-
rum nomen, Imperiumque Romanum incognitum. Sed
quæ ista consequentia? Judæi istis in terris, ubi Christiano-
rum nomen, Imperiumque Romanum incognitum, preci-
bus hisce contra Imperium Romanum, Christianumque
Magistratum non utuntur, E. nec Judæi sub Imperio Roma-
no & Christiano viventes, eas, contra illud adhibent. Per-
inde enim est acsi aliquis ita concludere vellet: Judæi istis
in locis, ubi Christianorum nomen Imperiumque Roma-
num incognitum, ignorant, Christianos etiam in Filium &
Spiritum S. credere; Christum pro verò Deo, unicō Re-
demptore & Mediatore humani generis agnoscere; bapti-
zari, corpore ac sanguine Christi in Eucharistia ad vitam
æternam nutriti; Ignorant illi, cui fasces Imperii Romani,
Galliaæ, Hispaniaæ, Angliaæ, & Belgii sint concrediti; E. re-
rum omnium istarum destituuntur cognitione Judæi incolæ
Europæ. Adhæc & illi, non tantum in specie contra suos,
ubi sedem fixere, verū etiam in genere fratrum suorum
ubique, sub Imperio quoque Romano, & inter Christianos,
in exilio habitantium hostes, hanc proferunt, (dummodò
copiam formulat istius à suis majoribus fuerint načti, de quo
non immerito aliquis dubitare posset) recitantque Evlogiam,
Novò nos adoritur telò R. Lipmann in suo Nizzachon, Nu-
me. 347. fol. m. 193. in fine, cuius robur in eō consistit, Judæos
orare, ut *מלכوت זון* regnum superbum, seu ii, qui ne-
fariò ausu, contra fas & æquum omne, ad summæ majestatis
fastigium adspirant, & de solio suo, legitimos dominos re-
gnique

gniq; successores, dejicere moliuntur, brevi exstirpentur, con-
terantur & exscindantur. Ita verò ille: אָמַרְתִּי רְאֵה שָׁאֵן אָנוּ מֶלֶכְתֵּנוּ וְזֹן וְהַתֵּא אָוָת
מֶלֶכְתֵּנוּ תַּעֲקֵר אוֹ מְכֻלֵּת הַנְּצָרָם אֶלָּא מֶלֶכְתֵּנוּ וְזֹן וְהַתֵּא אָוָת
שָׁאֵן מְרוּעַ הַמְּלֹכָה וּמֶלֶכְתֵּם מְעָצָם וּמְפָרָס בְּבוֹנוֹת
עֲדָה וּמֶלֶכְתֵּם וִישְׁוּת לְבִטְלָת וּמְקַלְּקָלָת הַמְּלֹכוֹת
וְהַמְּרֹעֲנָת וּבְזֹה נִקְרָא מֶלֶכְתֵּנוּ וְזֹן וְרָאוּ וְהַפְּלֵל עַלְוֹת
vide, nos non dicere, Reges genium exscinde, aut Re-
ges Christianorum, sed regnum superbum. Tales autem sunt illi,
qui, cum non sint e semine regio, ad regnum tamen se ipsis eve-
hunt, & pro superbia sua in Reges insurgunt legitimos, ad eos
abolendos, evertuntq; regna ac provincias. Et de tali benè dicitur
regnum superbum. Et decet omnino contra tales orare, ut destru-
antur. Telum hocce sequenti excipimus elygeo sive respon-
sione: frustra recutitus se torquet, longè aliam hisce affin-
gens mentem verbis, verissimamque suorum Patrum, ex solo
pruritu contradicendi, fugillans rejiciensq; explicationem.
Et quis unquam audivit, eos, qui vi, armis, per cuniculos
ac media illicita, thronum occupant alienum, aut conscen-
dere nituntur, דָּן regnum superbum appellari? Talis-
modi homines, si ordinarium suum Regem ac Principem, ut
subditi ordinarii adoriantur, מְוּרִידִים rebels; si verò in regia
sint constituti dignitate, hostes ac invasores regni, quibus
Deus interitum minatur, Ff. XXXIII, I. audiunt. Quis Abso-
lonem, qui corda virorum Israel furabatur, exploratoribusq;
in universas tribus Israël emissis, præcipiebat: *Si atim ut audi-
veritis clangorem buccinae, dicite: Absolon Rex creatus in Hebron,*
II. Sam. XV. 10. aut Jerobeatum decem tribuum Israel Re-
gem illegitimum, duos aureos vitulos, unum in Bethel, & alterum
in Dan erigentem, I. Reg. XII. 8. pro מלכְתֵּנוּ וְזֹן regno
agnosceret superbo, & non potius pro מְוּרִידִים rebellibus?

§. XXXVI. Tandem volunt דָּן hic non idem
esse quod regnum superbum, sed potestatem superbam, quā alias,

K

etiam

etiam privatus, altò supercilio proximum despicit, seq; supra eum extollit. Voces מלכיות & מלכה in se consideratas, nusquam putant in literis sacris V. T, regem aut regnum denotare, nisi alia vox, significationem regnandi denotans, adjiciatur. Probationis locò adducunt verba ex Josuæ XII. 24. quod triginta reges & unus contra Josuam unò die convenerint, ac pugnarint. Hos pro veris non agnoscent Regibus certi aliqui us regni, sed quod tantum potestatem summam in exercitum, quem propriis conscriperant sumptibus, exercuerint, sibi certò persuadent. Sed quid? Num ideo hi Reges nomine regio privandi, quia tam potentes, ut moderni Reges, quorum sceptrum, coronam ac purpuram, tot regna ac provinciæ adorant, non existere? Iстis enim temporibus, mundo condito proximis, Regis titulò ornabantur, qui imperio summò, in unam aut plures civitates, territoriaq; ab istis dependentia, fungebantur. Vide Gen. XIV. 2. ubi Regum Sodoma, Gomorrha, Adama, Sebojim &c. mentio fit, & v. 18. Melchisedech Rex Salem dicitur. Et cum expressè Reges Jos. XII. dicantur, quis contra intentionem Spiritus S. regium illis denegabit imperium? Petunt quoque יְהוָה אֱלֹהֶיךָ, tanquam ex tripode pronunciantes, voces מלכיות & מלכה nudè positas, nunquam in significatione regnandi, nisi cum alia, vim hanc exprimente, conjungantur, deprehendi. Vana haec ac inepta esse probant loca, Gen. XVII. 6. & Reges ex te egredientur. Conf. v. 16 & Cap. XXXV. II. I. Sam. VIII. 5. 6. Deut. XVI. 14. 15. Prov. VIII. 15. כי מלכים ימלכו ורוהנישׁ ב מלכיהם מך ייזאו ב מלכיהם per me Reges regnabunt, & principes decernent justitiam. Dan. II. 21. הוי מנהיג מלכי ו מהקם מלכין: ipse removet Reges, & stare facit Reges. Est. I. 7. ב וין מלכיות וין מלכון regni. Dan. II. 44. suscitabit Deus caelorum: מלכו ר' לעלמי regnum quod in eternum non corrupetur. Negari quidem non potest, voces מלכיות & מלכה non solum regna pro-

propriè dicta complecti, sed quicquid in mundo potens est significant enim imperium, dominationem, & potestatem in genere, ut & nomen מֶלֶךְ gubernatorem, ducem, præfatum; quod autem דָּוִן, hic, in genere, idem esse volunt, quod potestas superba, tūm summorum tūm inferiorum, sic ut sensus sit, *confringe Domine Deus Reges, principes, aliosq; superbie deditos in mundo*, id gratis dicitur; quia superbi præ cæteris cristas erigentes, neque in sacro codice, neque in communi vita זָרָן regnum superbiae, sed *זָרִים* absolutes salutantur. Committunt quoq; manifestam fallaciam petitionis יְהֵא אַפְּלֵץ ita inferendo, in quibusdam locis scripturæ vocabulum מלכotta idem est quod potestas, & dominatio E. & hic per זָרָן talis potestas & dominatio intelligenda.

§. XXXVII. Coronidis loco addimus, formulam hanc tantæ apud Judæos esse authoritatis, ut, si legatus Ecclesiæ erret, eamque consuetò ordine ac modò in publico Synagogæ conventu non legat, suspectus haeresos fiat, quod discimus ex Maimon. Tractatu de Precibus, Cap. X. §. III.

שָׁעַטְנָה וְנַבְּהָר לְאַתָּה וְעַמְּקָמָה תְּחַווֹל וְשָׂהָה שְׁעָרָה
יעמוך אחר תחתו וְאֵם טעה בברכת המתנים אין מודינן
לו אלא מרד יעמדו אחר תחתו שמא מניות נורקה בו והוא שלא
תחוויל בה אבל אם התחוויל כה מודינן לו שעה ולא יהא
התחוויל כה אבל אם השמי סרבן באותה שעה:
si legatus Ecclesiæ erret, & perplexus reddatur, & unde incipiendum sit, ignoret ac ad tempus moretur, alias locum ejus explet. Si verò in Eulogia contra hereticos erret, tempus subsistendi ei non concedunt, sed è vestigio alias illi succedit, qui fortè heresi est infectus. Id tum demum obtinet, quando eam non incepit, sed si in ea jam versetur, ad tempus eum expectant. Alter verò (qui ad hoc munus eligitur) tempore isto rebellem se non exhibeat. Verba posteriora doctus quidam Philologus, male contra sensum autoris ita

transfult: ne secundus etiam eodem tempore hic refractarius fiat; id ex Mass. Berach. Cap. V. Misch. III. ubi haec phrasis occurrit, colligimus: העבר למן התייה וטעה ועבורה אחר החתו ולת וזה סוכן כאותה שענה;

§. I. שצ שטעה ורילג אחת מכל הברכות וכשMOVEDוין אותו יודע להזור לפיקודו אין מסלקין אותו אבל אם רילג ברכת המינים מסלקין אותו מוד שמא אפיקורוס הוא ואם התווול בה וטעת legatus Ecclesiae, qui erravit transfiliendo aliquam ex precationibus, & quando ipsi in memoriam revocant, qui novit redire ad locum suum, non removent eum. Verum si transfilat prectionem contra hereticos, removent eum statim, ne forte Epicureus sit, si verba incepit & erraverit, non removent eum. Desumpta haec sunt ex Arba Turim, Parte I. Orach Chajim, tractatu de precibus, Num. 126. fol. m.XXV. Col.III. ubi loco verborum זא נון שמא בז אפיקורוס ita legitur: **for**te hereticus ille.

§. XXXVIII. Hæc sunt, Benevole Lector, quæ tecum de precibus Judeorum Alenu Leschabbeach & Velammalschinim, communicare voluimus, ut ostenderemus, Christianis non deesse rationes, cur eas suspectas semper habuerint, & adhuc habeant. Neq; mireris nos argumentis duntaxat probabilibus hactenus pugnasse; non enim rerum omnium dantur demonstrationes, ut veteres nonnulli voluerunt, inter quos fuit & Empedocles, quos Aristoteles refutat I. Post. III. Et Lib. II. Met. Cap. III. Certitudinem, inquit, Mathematicam, την αὐτολογίαν μαθηματικήν, non oportet in omnibus querere, sed in iis solum, que non habent materiam; in naturalibus non item. Tota enim fermè natura materiam habet. Quod etiam repetit Eth. 11. aliosque gallos etiops et alii augustinus misericordia etiam.

I. Eth. I. & VII. vide Andron. Rhodium ad I. Eth. I. Quædam, ut prima principia, non nisi diale^ctice à posteriori probantur; si namq; etiam primorum principiorum daretur demonstratio, utique, cum demonstratio omnis sit ex prioribus, accideret, ut quicquam primō prius esset. Sic Philosophus illud principium simpliciter primum: *impossibile est idem simul inesse eidem, & non inesse*, variis argumentis diale^cticis probat, Lib. III. al. IV. Met. Cap. 4. Et Lib. XI. Met. Cap. 5. Et hæ rationes tum, cum alias firmiores, materia subiecta non admittit, sufficient; aliàs omnes quæstiones, in Theologorum & Philosophorum scholis, propositionibus εὐδόξοις confirmatae, essent eliminandæ. Malè quoq; Theologi & Philosophi auditoribus suis consulerent, talia problemata, quæ non nisi diale^ctice ventilari possunt, proponentes. ἀπαιδευτίᾳ proinde τῷ παλαιῷ λαβούσιν laborant, quibus hic noster labor propter argumenta diale^ctica displicet, *nescientes quorum oporteat querere demonstrationem, quorum non*, Lib. III. al. IV. Met. Cap. IV. Atque hinc factum, ut SERENISSIMUS AC POTENTISSIMUS NOSTER REX, preces AlenuLeschabbeach, Judæis, quas suspectas modò habuit, cum aliter rei veritatem, SACRA REGA MAJESTAS, juramento quoq; quod, perjurium metu imminentis periculi, ne scil. in exilium mittantur, aut gravē experiantur poenam, non curantes, more consuetō vilipendunt, (ita namq; in exordio novi anni, dieq; expiationis orant: כל נורו ואטרי ושבוע וחרמי וכגמי וככט: כנני דנורנא וראשתבנעא וראחומרנא וראשרנא על בשתנהא מיום כפורים זה עד יום כפורים הבא עליון לטובה בכלהון איזורטנאי ביהון כלהון יהון שין שביקון שביתין בטולין ומבותלן לא שרירין ולא קומין נורנא לא נורו ואסרא לא Col. I.) eos terrens, in apricum producere non potuerit, in

hoc Regno, cæterisq; suis Provinciis, severissimè interdixerit.
 Verba SERENISSIMI AC CLEMENTISSIMI NOSTRI PATRIS PATRIÆ, AC NUTRITII LONGE MUNIFICENTISSIMI, in edito perpetuo, inter alia, hæc sunt: Ob nun
 wol auch wegen des Auspeyens / und Hinwegspringens es
 ihnen an Ausrede nicht ermangelt/ sie auch überall zu Abschwe-
 rung des aufs schärfste projectirr gewesenen und ihnen vorge-
 lesenen Eydes sich erboten/ so haben Wir denoch aus Landes-
 Väterlicher Sorgfalt gegen alle unsere Unterthanen mehr Liebe
 vor sie/ als sie selbst des Erbarmens über sich gehabt/ und daher
 unseren Commissarien allergnädigsten Befehl ertheilet/ zu Ab-
 legung des Eydes sie nicht anzuhalten/ in mehren Erwiegung/
 daß wir doch dadurch bis auf den Grund der Sachen nicht
 kommen würden/ die Entheiligung aber des Allerheiligsten
 Nahmens Gottes sehr zu besorgen stünde/ bey einem Volck/
 daß den End nach der Lehre einiger unter ihnen zu vernichten/
 und hier insonderheit aus Furcht der unausbleiblichen Gefahr
 vor zulässig halten dürfste.

Weil aber dabei die Ehre Unseres Gottes/ Herrn und
 Heylandes Christi Jesu verhädiger/ erhoben/ und vor allem
 Voik erkant werden muß/ und zum Preis der Majestät uns-
 res Gottes/ weit sicherer seyn wil/ dasjenige/ so verdäch-
 tig ist/ und als Gotteslästerlich angegeben worden/
 schlechterdings abzuschaffen / als mit Gefahr über das ganze
 Land/ und alle seine Einwohner/ längerhin zu dulden. So wol-
 len/ sehen und ordnen wir hiermit/ und in Kraft dieses/ daß
 von nun an/ bis zu ewigen Zeiten kein Jude/ Mann oder Weib/
 jung oder alt/ in unseren Landen/ bey Verlust daraus alsofort
 gejaget zu werden/ weder in der Schule/ noch in seinem Hause
 droben angeführte Worte des Gebechts: Alenu leschabbeach:

שם כורעום ומשתוויות להבל ריק ומרפלום לילך יושיע:
*Scheher coreim amistacharim lehevel varik umitpallelim le lo
 jochia, brauchen/ behten und aussprechen/ dabey aussprucken
 und hinweg springen/ auch den Kindern nicht beybringen solle -
 Diejenigen aber/ welche ohne das man es erfuere/ solches thun/
 und ins geheim mehr beruhete Worte/ zur Schmach unsers
 Heylandes mit dem Munde/ oder auch in ihrem Herzen spre-
 chen moechten/ wollen wir der Gottlichen Allmacht/ die auch die
 verstockten Herzen andern und erweichen kan/ überlassen haben/
 und wird Christus IEsus unser Herr und Erlöser/ seine Ehre
 zur rechten Zeit schon zu rechten wissen. Nec laude suā Judae hisce
 in oris n stris, privandi, qui mandatum SERENISSIMI AC
 POTENTISSIMI NOSTRI REGIS, summa animi sub-
 missione ac obedientia, in publicis suis conventibus, ex-
 osculantur, ac cernuo, sine ulla contradictione, venerantur
 vultu; quibus etiam SACRA REGIA MAJESTAS omnem
 elementiam, tutelam, defensionem ac pacem in omnium, ut ceteris
 fidelibus subditis promittit ac offert, ita pergens: Die
 nun hierin Unserm allergnädigsten und ernstlichen Willen ge-
 hörst du noch leben werden/ haben sich Unsers Landes Bä-
 terlichen Schutzes und Schirms/ wie andere getreue Untert-
 thanen/ noch fernherhin aller unterthänigst zu erfreuen/ die Über-
 treter aber die oben angedeutete/ ja nach Befinden der Um-
 stände/ gar Leib- und Lebens-Straffe unausbleiblich zugewar-
 ten. Maassen wir hiermit allen in unserm Königreich und Landen
 verhandenen Regierungen/ Justiz-Collegiis, Hohen und
 Niedrigen/ Geist- und weltlichen Gerichten/ Obrigkeitcn in
 Städten und auf dem Lande/ auch dabey Unseren Fiscalischen
 Bedienten allergnädigst und zugleich ernstlich anbefehlen/ hier-
 über ein wachendes Auge zu haben/ und so lieb ihnen ist
 schwere Verantwortung bey Uns/ oder vielmehr bey dem*

frem.

strengsten Richtersuhl Jesu Christi zu vermeiden/ über dieses
Unser ewiges Edict treu eysserigst zu halten.

Tu autem, ô Pater misericordiarum, cuius clementia non est
consumpta, nec defecit misericordia, sed quotidiè recens est, qui
Iudeos ex omnibus gentibus, linguis ac populis, in populum tuum,
gregemq; pacis tui elegisti, aufer velamen super corde eorum
iacens, ut omnes detecta facie, splendorem Domini speculantes,
in eandem transformentur imaginem, splendore perpetuando,
tanquam à Domini Spiritu. Da spiritum novum in pectora eo-
rum, ac sublatō lapideō corde, illis cor carneum largire; Et datō
in pectora eorum tuō spiritu, fae ut in statuis tuis ambulent,
iudicia tua custodiant, ac faciant. Misericordia eorum, ex quorum
patribus est Christus, quod ad carnem attinet, qui est super omnia
DEUS collaudandus in sempiternum, & ad saniorem men-
tem eos reduc, ut calumniis ac blasphemisiis aliquando abstineant,
& Filium tuum eternum Jesum Christum, quem unicum Salva-
torem, Redemptorem ac Pontificem totius mundi, Regem vivorum
& mortuorum constituisti, ac à dextris tuis sedere, in extremo ju-
diio universum hominum genus videbit, tandem venerari
incipiant, ut unus grec & unus pastor ex gentibus & Iudeis
sit, per Dominum nostrum Jesum Christum, cui una cum Pa-
tre & Spiritu S. sit laus & gloria in seculorum, Amen!

ברוך יהוה אלהיך אליהו ישראלי עשו נבלאות לברך
וכורוך שם ככורכו לעלם ומלא ככורכו את כל
הארץ אמן ואמן :


¶ (O) ¶

Be. 3261.
8°



VDM

M



B.I.G.



DISPUTATIONUM ACADEMICARUM,
P R I O R,
Dc
**PRECIBUS JU.
DÆORUM ALENU LESCHAB-
BEACH, ET VELAMMALSCHINIM,**
Quarum haec, Jussu
SERENISS. AC POTENTISS. REGIS PRUSSIÆ,
EIS INTERDICTÆ, IN ILLIS VERBA BLASPHEMA, RE-
DEMPTOREM NOSTRUM CONCERNENTIA, OMITTENDA,
Quam,,
DIVINA FAVENTE GRATIA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO atq; EXCELSISSIMO PRINCIPÆ ac DOMINO,
DOMINO FRIDERICO
WILHELMO,
REGNI PRUSSIÆ AC ELECTORATUS
BRANDENBURGICI HÆREDE, &c. &c. &c.
CONSENSU SUPERIORUM
IN ILLUSTRI ALBERTINA,
publicè tuebitur,
CHRISTIANUS WALTHER
S. Theol. D. & Profess. Ordinari.
RESPONDENTE
JOHANNE LUDOVICO BOYE,
Reg. Pruss.
IN AUDITORIO MAJORI.
Ad diem Augusti ANNO M DCC IV.
REGIO MONTI,
Typis FRIDERICI REUSNERI, SAC. R. MAJ. & ACADEM.
Typograph. Hartdium.